

NOVA
CLAVIS HOMERICA:

Cujus ope
Aditus ad intelligendos ſine Interprete
ILIADIS LIBROS
omnibus recluditur.

Interſperſæ ſunt ſelectæ Clariſſ. Virorum
Clarckii, Ernesti, Spondani, cet.
Annotationes & Scholia.

Opera
JOANNIS SCHAUFELBERGERI,
Publici in Schola Turic. Pædagogi.







Tom. II.
E —— K.

TURICI,
Litteris HEIDEGGERI et Soc.
MDCCLXII.

OPTIMARUM ARTIUM,
in iisque
GRÆCARUM LITTERARUM,
Cultoribus
S. P.

Accipite hic *Tomum Secundum* Clavis Homericæ. Citius *Primum* fuiſſet ſecutus, niſi bonum viſum fuiſſet exſpectare, quale de illo laturi eſſetis judicium. Simulac autem obſervatum eſt, Vos amice ac benigne de eo judicaſſe, me ſtatim ad hunc præſentem elaborandum accinxi, ſperoque, Vos eum non minus, quam *Primum*, applauſu Veſtro eſſe dignaturos. Omnem quidem operam dedi, ut eum Vobis lectu gratum redderem, huncque in finem eum, ut *Primum*, nec nimiis Notis, quæ lectorem plerumque defatigant ac perturbant, implere, nec omnibus vacuum Vobis tradere volui. Temperare mihi non poſſum, quin hic apponam verba *Viri Clariſſ.* SAM. FORMEY, quæ ex-

ſtant in *Préface*, quam ſuo *Philoſophe Payen*, (Tom. I. p. XI. XII.) præmiſit. *Les beautés des Anciens, généralement parlant, ne ſont pas des beautés affectées, de vains ornemens, du fard; ce ſont des beautés naturelles: & de là vient qu'elles ſont mieux ſenties par ceux qui n'ont pas altéré, & comme affaiſſé, la Nature, par un fatras de recherches, qui en fourniſſant quelquefois de legers ſecours pour entendre un paſſage juſqu'alors mal explicé, énervent le jugement pour l'intelligence des choſes eſſentielles. Quand on jette les yeux ſur ces Editions ſplendides, qui portent le titre de* Variorum, *parce qu'on y a fait un choix, (& le plus ſouvent quel choix!) des Remarques que divers Savans ont fait ſur un Auteur, la vuë s'occupe avec plaiſir de l'élégance des caractères, de la beauté du papier, & des autres avantages typographiques; mais, quand on veut faire ſuccéder le plaiſir de l'eſprit à celui des yeux, les ſables de la* Lybie *ne ſont pas plus arides que les Notes qu'il faut parcourir; les ſeules fleurs qui y croiſſent, ce ſont les éloges inſipides*

pides que les Commentateurs donnent à leur propre pénétration, les ironies, ou même les invectives dont ils régalent tous ceux qui sont, ou feront simplement mine d'etre d'un avis contraire au leur. Un homme d'un sens droit & d'un jugement rassi peut s'amuser quelques momens à rire de ces misères grammaticales; mais il ferme bientôt le Livre, & conçoit un mépris pour les Notes qui réjaillit souvent sur le Texte. Et je crois qu'après les causes prises dans les premières instructions-celles que fournissent les inutilités & les platitudes des Commentaires, sont les plus propres à détourner de la lecture des Auteurs. &c. &c.

Cum hodie, ut nostis, variæ ex variis Auctoribus exstent Chrestomathiæ, consilium sæpe cepi, de Chrestomathia aliqua Homerica adornanda. Postquam autem animadverti, *Celeb.* JAC. DUPORTUM, *Cantabrigiensem, Græcæ Linguæ in Academia illa Professorem*, Gnomologiam Homeri, (*Cantabrigiæ, An.* 1660. *in* 4*to.*) edidisse, statim consilium meum omisi. MORHOFIUS in *Polyhist. Tom I. Lib. I.*

Cap.

Cap. XXI. 75. de hac Gnomol. Hom. quam ipse nunquam vidi, ita judicat: *Illo in libro sub titulis certis collegit* Duportus *sententias Homericas, quarum aliquæ Adagiorum titulum merentur; aliquæ tantum sententiarum nomen. Laudabilis quoque ille labor est eam ob causam, quod duplicem parallelismum adjecerit, unum e locis S. Scripturæ, quibus Gnomæ Homericæ vel affines, vel non absimiles, alterum e gentilibus Scriptoribus, Poëtis, Oratoribus: addidit passim Notas Criticas. Subjecit triplicem Indicem, sententiarum, locorum Scripturæ, & vocabulorum, ideoque non solum in eloquentiæ usum, sed & ad exegesin commendari labor ille potest.*

Velim ceterum, *Lectores Humanissimi*, ut porro Homerum, omnium Poëtarum Principem, ac totius antiquitatis omniumque doctrinarum Parentem, amore vestro prosequamini, non tamen eo, quo eum olim prosecutus est *Claudius Belurgerius*, Gallus Homo, & in Gymnasio Navarræo Parisiis magnus Græcarum Litterarum restaurator: qui, non contentus, Homerum

semper

ſemper in manibus habuiſſe, non, totum edidiciſſe, in templa detuliſſe ſecum, & ſacrarum precum loco recitaſſe: non, pictam a celeberrimo pictore habere deformiſſimi Therſitis imaginem, qualem ipſe ex Homero dictaverat, & qua nihil illuſtrius, nihil magis dignum viſu, cenſebatur: voluit inſuper ipſos Trojæ campos, vetuſtique Ilii loca, late omnia oculis ſuis uſurpare, revertensque omnem perluſtrare Græciam. Neque ſe a quoquam hominum dimoveri a propoſito iſto paſſus, relicta ſtatione in Italiam abiit, conſcenſaque Venetiis navi in Ægyptum navigavit, inde abiturus in Aſiam. Verum Alexandriæ molientem iſta feralis morbus oppreſſit: atque ſic magno etiam Orbis litterati damno interiit una inſignis *Commentarius in Homerum*, quem infinito multorum annorum labore confecerat, & ad quem amplius perpoliendum tantum iter ſuſceperat. De hoc *Belurgerio*, ejusque inſano in Homerum amore narrat JANUS NICIUS ERYTHRÆUS *in Pinacoth. imaginum illuſtrium Virorum*, *p.* 205. *ſqq.*

Quod

Quod si Deus vitam mihi ac vires largietur, Vobis planissime confirmo, horas meas subsecivas a me iri etiam in posterum huic labori destinatum, idque eo magis, cum percepero, etiam *Secundum* hoc *Specimen* Vobis non displicuisse. *Scripsi* TURICI ipsis Kal. Octobr. MDCCLXII.

ROB. LOWTH *de S. Poësi Hebr. P. I. Præl. I. de Poëticæ fine & utilitate. p. 8. sq.*

Quid nobis usu venit *Homerum* legentibus? Quis est tam iners, tam inhumanus, quem non incredibili voluptate perfundat, quem non moveat & percellat, suoque veluti afflatum instinctu secum abripiat divinum illud ingenium? Quis tum excors, qui non videat atque animadvertat, non percipiat etiam, atque in animo inscribi sibi & quasi inuri sentiat, vitæ morumque pulcherrima documenta?

Conf. etiam *Amusem. Philolog.* par Mr. DAV. ETIENNE CHOFFIN. *Tom. I. p.* 83. *sqq.*

CLAVIS

CLAVIS HOMERICA:

IN E. ILIADIS.

Vide Popens Versuch über Homers Schlachten, aus seinen Anmerkungen zur Uebersetzung von Homers Iliade, zum Eingang des fünften Buchs: In der Sammlung vermischter Schriften, zur Beförderung der schönen Wissenschaften ꝛc. Tom. III. p. 79. sqq.

v. 1.

Ἔνθ' αὖ] Τότε δή.

v. 2.

Ἔκδηλος, ου, ὁ, ἡ, manifestus, evidens. *h. l.* conspicuus, illustris.

v. 3.

Ἄροιτο, auferret. aor. 2. opt. Med. v. ἄιρω, tollo; fero, aufero, reporto.

v. 4.

Δαῖε οἱ, ardebat ipsi: ἔκαιεν, ἔλαμπεν.

Ἀκάματος, ου, ὁ, ἡ, labore carens, laborem non sentiens. *h. l.* indefessus, infatigabilis: perpetuus, continuus. ex α priv. & κάμνω, defatigor, langueo.

Eustathius ἀκάματον πῦρ pro ὡς ἀκάματον πῦρ dici notat. Deficit frequenter adverbium ὡς, *tanquam*, *velut*, in nominibus. Ita *Iliad.* Β. *v.* 765.

Ὄτριχας, οἰέτας, σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐΐσας·

Simili pilo, coævas, tanquam *ad perpendiculum tergo similes.* Ubi *Eust.* ἔχει δὲ ἔλλειψιν τοῦ ὡς παραβολικοῦ ἐπιῤῥήματος· ὤφειλε γὰρ εἶναι, ὡς σταφύλη. L. BOS. *Ell. gr.* 367.

v. 5.

Ὀπωρινὸς, ἡ, ὸν, autumnalis. ὀπωρινὸς ἀστὴρ, autumnale sidus. ab ὀπώρα, ας, ἡ, autumnus, pars anni, qua fructus arborum maturescunt: fructus arborei, poma. quod ex ὀπὸς, οῦ, ὁ, succus, & ὥρα, ας, ἡ, tempestivitas, maturitas.

Ἐναλίγκιος, ου, ὁ, ἡ, similis. ex ἐν, & ἀλίγκιος, *idem.*

v. 6.

Λαμπρὸν, splendide. *plene*: κατὰ λαμπρὸν τρόπον vel μέτρον.

Παμφαίνῃσι, collucet, totus ſplendet. 3. ſing. præſ. ſubj. Act. *Jon.* pro παμφαίνῃ· v. παμφαίνω, undequaque luceo, totus ſplendeo.

Λελυμένος, lotus. v. λύω, lavo.

Λελυμένος Ὠκεανοῖο, *ſcil.* ὕδατι, lotus Oceani *aqua.* Ita *Iliad.* Φ. *v.* 560. λοεσσάμενος ποταμοῖο, lotus fluvii *aqua.* BOS. *Ell. gr. p.* 219.

v. 9.

Vide dicta ad *Iliad.* A. *v.* 13.

v. 10.

Ἤστην, erant. 3. dual. imperf. ind. *Poët.* pro ἤτην, v. εἰμί, ſum.

v. 12.

Τώ οἱ] οὗτινες αὐτῷ.

Ἀποκρινθέντε, ſemoti. nom. dual. aor. 1. part. Paſſ. *Poët.* pro ἀποκριθέντε, v. ἀποκρίνω, ſecerno, ſeparo.

Ἐναντίω, obvii. ab ἐναντίος, ία, ίον, qui eſt in conſpectu, adverſus.

Ὁρμηθήτην, proruerunt. nom. dual. aor. 1. ind. Paſſ. *Jon.* v. ὁρμάω, ῶ, incito, concito, impello.

v. 13.

Ἵπποιϊν, *pro* ἵπποιν, equis. *Euſtath.* πλεονασμὸν ἔχει τοῦ δευτέρου ι. genit. Dual. ab ἵππος, equus.

v. 16.

Ἀκωκή, ῆς, ἡ, mucro, cuſpis, acumen. Per reduplicationem ab ἀκή, mucro.

v. 17.

Ἔβαλ', percuſſit. Χαλκῷ, haſta.

v. 18.

Ἔκφυγε χειρὸς, fugit e manu.

v. 19.

Μεταμάζιος, ου, ὁ, ἡ, medius inter mamillas. ex μαζὸς, οῦ, ὁ, mamma, mamilla.

Ἀφ' ἵππων] ἀπὸ τοῦ ἅρματος.

v. 20.

Ἀπορούω, proſilio, exilio, deſilio, erumpo. ex ἀπὸ, & ὀρούω, irruo.

v. 21.

Ἔτλη, ausus eſt. aor. 2. ind. Act. v. τλῆμι, perfero; tolero: audeo, ſuſtineo.

Περιβαίνω, circumeo. *h. l.* protego, defendo. *cum genit.*

Κταμένοιο, a κτείνω, interficio, occido.

v. 22.

Οὐδὲ γὰρ] Iſtud γὰρ non refertur ad id, quod proxime præceſſit, nempe *fugiſſe Idæum*; ſed ad id, quod eleganter reticetur, *fugiſſe* ſcilicet *Nequicquam*; NAM *neque ſic quidem futurum fuiſſet, ut Effugiſſet, niſi* &c. CLARK. Simplicius & melius fuerit, ſi vertas: *Enimvero nec ipſe effugiſſet fatum dirum.* Non enim fruſtra fugit. ERN.

Ὑπεκφεύγω, clam effugio, ſubterfugio, effugio.

v. 23.

Νυκτὶ] σκότει.

v. 24.

Ὡς δή οἱ μὴ πάγχυ γέρων] ὅπως μὴ αὐτῷ, Ἡφαίστῳ, παντελῶς ὁ πρεσβύτης, ὁ γέρων Δάρης.

Πάγχυ, *adv.* prorſus, omnino. *Poët.* pro πάνυ.

Ἀκαχέω, ῶ, & ἀκάχημι, triſtitia adficio. ex α pleon. & ἄχος, triſtitia.

v. 25.

Ἐξελαύνω, expello, abigo, *abduco.*

Κατάγειν, ut deducerent.

v. 28.

Παρ' ὄχεσφιν, apud currus. Quibusdam Nominibus additur Syllaba Poëtica φι vel φιν. WELL. *Gramm. gr. p.* 117, FISCH. *Animadv. p.* 126.

v. 30.

Χειρὸς ἑλὼν, *pro* ἑλοῦσα, quum manu prehendit.

Θοῦρος, ου, ὁ, impetuoſus, qui cum impetu adſultat. a θόρω, ſalio.

v. 31.

Βροτολοιγὸς, οῦ, ὁ, pernicies hominum, homicida. ex βροτὸς, ὁ, mortalis: homo; & λοιγὸς, ὁ, pernicies. Epithet. *Martis.*

Μιαιφόνος, ου, ὁ, qui ſe cæde polluit, qui homicidium perpetravit. 2.) crudelis, propenſus ad ſanguinem

effundendum. ex μιαίνω, & φόνος, ὁ, cædes. Etiam Epith. *Martis.*

Τειχεσιπλήτης, ȣ, ὁ, mœnium quaffator, vel mœnia adgrediens. ex τεῖχος, εος, τὸ, murus. τείχη, mœnia: & πλήσσω, ferio, quatio.

v. 33.

Ὀρέγω, præbeo, porrigo.

v. 34.

Νῶϊ, nos. nom. Dual. ab ἐγὼ, ego.

Ἀλέω, ῶ, caveo, vito.

v. 35.

Μάχης ἐξήγαγε, prælio eduxit.] Recedebat nimirum Trojanorum exercitus, *Scamandrum* verfus. CLARK.

v. 36.

Ἠϊόεις, όεσσα, όεν, habens magnas ripas, five magnum littus. ab ἠϊὼν, όνος, ἡ, littus, ripa.

v. 37.

Ἔκλιναν, *fcil.* εἰς φυγὴν, verterunt, *fc.* in fugam. Ita Hebr. XI. 34. παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων. Plenius *Polyænus* Stratagem. Lib. I. cap. XXXV. (*Edit. Berol.* 1756.) Θηβαῖοι δὲ τῷ ἀγγέλματι τῆς ἥττης καταπλαγέντες ἔκλιναν εἰς φυγήν· *Thebani nuntio cladis perculfi verterunt fe in fugam.* PALAIR. *Obferv. in N. T. ad Hebr. XI.* 34.

Ἕλε] νῦν, ἀνεῖλε, interfecit.

v. 40.

Στρεφθέντι] εἰς φυγὴν τραπέντι, φεύγοντι. *Schol.*

Ἐν — πῆξεν, infixit.

v. 41.

Μεσσηγὺς, vel μεσηγὺς, item μεσσηγὺ, & μεσηγὺ, *adv.* in medio, inter. a μέσος, medius.

Στήθεσφιν. v. 28. Ὄχεσφιν.

v. 43.

Ἐνήρατο, interfecit. aor. 1. ind. Med. v. ἐναίρω, occido: perdo: fpolio. ab αἴρω, tollo.

v. 46.

Νύττω, & νύσσω, pungo, ftimulo, vulnero.

v. 47.

Εἷλε] ἔλαβε, invafit.

v. 48.

v. 48.

Συλεύω, spolio, deprædor. a σύλη, ης, præda, spolium.

v. 49.

Αἵμων, ονος, ὁ, ἡ, peritus, gnarus. *Hesych.* pro δαίμων, peritus.

Θήρα, ας, *Jon.* η, ης, ἡ, venatio, venatus. a θήρ, θηρὸς, ὁ, fera, bellua.

v. 50.

Ὀξυόεις, όεσσα, όεν, acutus. ab ὀξὺς, *idem.*

v. 51.

Θηρητὴρ, ῆρος, ὁ, venator. a θηράω, ῶ, venor.

Ἄρτεμις, ιος, *vel* ιδος, ἡ, Diana.

v. 52.

Ἄγρια, τά, feræ. ἄγριος, ία, ιον, agrestis: ferus.

v. 53.

Ἰοχέαιρα, ας, ἡ, quæ fundit sagittas, *vel* sagittis gaudens. Epithet. *Dianæ.* ex ἰὸς, & χέω, *aut* χαίρω.

v. 54.

Ἑκηβολία, ας, ἡ, peritia jaculandi eminus. ab ἑκηβόλος, ὁ, longe jaculans. quod ex ἑκὰς, & βάλλω, jacio.

Ἧσιν] ἀίς. Τὸ πρὶν, antea. Vide HOOG. *ad* VIG. *Idiot. Cap. I. Reg. XIX.* (*N.* 27.)

v. 55.

Δουρικλειτὸς, ὂ, ὁ, hasta clarus, præclarus bellator.

v. 56.

Πρόσθεν ἔθεν] ἔμπροσθεν αὐτοῦ.

Οὐτάζω, vulnero, vulnus infligo, ictum manu infero.

v. 57.

Ἔλασσεν, *Poëtico pleonasmo* pro ἤλασσεν, aor. 1. verbi ἐλαύνω, quod aliquando *trajicio* significat, ut *h. l.*

v. 60.

Δαίδαλος, η, ον, artificiosus.

v. 61.

Ἔξοχα, *adv.* supra modum, eximie.

Ἐφίλατο] ἐφίλησε.

v. 62.

Τεκτήνατο, fabricatus fuit. aor. 1. Med. pro ἐτεκτήνατο, v. τεκταίνω, & ομαι, fabricor, struo, machinor. a τέκτων, ονος, faber.

v. 63.

Ἀρχέκακος, ου, ὁ, ἡ, auctor *seu* origo malorum. ex ἀρχὴ, principium, & κακὸς, malus.

v. 64.

Οἵ τ' αὐτῷ] καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ, τῷ καταςκευάσαντι, δηλονότι, Φερέκλῳ, ἢ καὶ Ἀλεξάνδρῳ. *Schol.*

Ἐκθέσφατα, oracula: *idem quod* θέσφατα. ex Θεὸς, & φημὶ, dico.

Ἤιδη, noverat, intellexerat. plusq. perf. ind. Act. *Att.* pro ᾐδήκει, v. εἰδέω, scio, novi.

v. 65.

Καταμάρπτω, comprehendo, manu corripio. ex κατὰ, & μάρπτω, capio, corripio, prehendo.

v. 66.

Γλουτὸς, οῦ, ὁ, nates, clunes.

Διὰ πρὸ, per totum, omnino, prorsus, penitus.

v. 67.

Κύστις, εως, ἡ, vesica.

v. 68.

Γνὺξ, *adv.* genu flexo. a γόνυ, genu.

Οἰμώζω, ploro, ejulo, lamentor. ab οἴμοι, heu mihi!

Ἀμφικαλύπτω, circumtego.

Θάνατος δέ μιν ἀμφεκάλυψε] Περιφραςικῶς, ἀπέθανεν.

v. 69.

Πέφνω, occido, interficio. a φένω, *idem.*

v. 70.

Πύκα, *adv.* dense, spisse. *h. l.* studiose, accurate, prudenter.

v. 71.

Ἶσα φίλοισι τέκεσσι, perinde ac charos liberos. Vide dicta ad *Iliad.* Γ. *v.* 454.

Χαρίζομαι, gratificor: morigeror: indulgeo. a χάρις, gratia.

Πόσεϊ ᾧ] τῷ ἰδίῳ ἀνδρί.

v. 69.—71.

Etsi non eodem ordine censerentur *nothi* apud priscos, accurate tamen cum aliis filiis legitimis a parentibus educabantur. Quemadmodum *h. l.* comprobatur exemplo *Pedæi*, qui nothus erat Antenoris, & *Teucri*, qui Telamonis

monis. *Iliad. VIII. v.* 284. Quinimo & in partem aliquam venerunt paternæ hereditatis, uti Ulyſſes ſibi ait obtigiſſe *Odyſſ. XIV. v.* 210. FEITH. *L. II. c. XVII.* §. *V.*

v. 72.

Ἐγγύθεν, *adv.* cominus, prope.

v. 73.

Ἰνίον, ου, τὸ, occipitium, occiput a cerebri baſi usque ad latos nervos, qui robur noſtrum continere creduntur, poſterior colli pars. ab ἶς, ἰνὸς, ἡ, fibra, nervus: robur, vis.

v. 74.

Τάμε, ſecuit. *Jon.* pro ἔταμε. v. τέμνω, ſeco.

v. 75.

Ψυχρὸς, ρὰ, ρὸν, frigidus, gelidus, algidus. a ψύχω, frigefacio, refrigero.

Ἐτέτυκτο, *fuerat.* plusq. perf. Paſſ. v. τεύχω. tanquam ex τύχω. uſurpatur tantummodo a Poëtis. Eſt 2da perſ. ἐτέτυξο *M.* 164. ex 1ma ἐτετύγμην, *factus eram*, *fueram.*

v. 80.

Μεταδρομάδην, *adv.* in ipſo curſu, *ſive* inſequendo. a μεταδρομὴ, ῆς, ἡ, transcurſus, incurſio. quod a μετατρέχω, transcurro.

v. 81.

Ἀΐσσω, *vel* ττω, ruo, cum impetu feror, irruo, impetum facio.

Ἀπὸ — ἔξεσε, *pro* ἀπέξεσε, abraſit, abſcidit. v. ἀποξέω, abrado, abſcindo.

v. 83.

Πορφύρεος θάνατος] *Homero* πορφύρεος θάνατος non eſt *purpurea mors*, qua ratione *Virgilius* dixit de eo, qui ſanguinem enſe trajectus vomeret: *Purpuream vomit ille animam*; (*Æneid. IX.* 349.) ſed, ut recte interpretatur Scholiaſtes, *Atra mors.* Sic infra, θανάτου δὲ μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψε. Π.350. πορφυρέη νεφέλη πυκάσασα ἑαυτήν. Ρ. 551. CLARK. Immo nihil impedit, quo minus & hic *purpurea mors* vertatur: nec Virgilius l. c. purpuream mortem dixit, quia moriens ſanguinem vomebat, ſed quia color purpureus habet aliquid fuſci, & nigricantis, præſertim in purpura viliori, unde apud Ciceronem etiam

purpura fusca occurrit, propterea *purpureus* apud Poëtas pro nigro ponitur: ut cum *purpureum mare* dicitur Virgil. G. IV. 373. ubi v. Serv. ERN. Vid. etiam *Plut. de Liber. educat. Comment. c. nova interpr. lat. & adnotat. Heumanni, &c. p.* 132. & *Indic. sub voce* Θάνατος.

Μοῖρα, ας, ἡ, fatum. *propr.* pars, portio. a μείρω, partior.

Κρατερὸς, ὰ, ὸν, durus, fortis, vehemens, violentus. a κράτος, τὸ, robur, vis.

v. 84.

Πονέομαι, ῦμαι, laboro. a πόνος, ου, labor.

v. 87.

Ἀμπεδίον, per campum. *Poët. adv.* pro ἀνὰ πεδίον. Πεδίον, ου, campus.

Πλήθω, inundo: *cum de fluviis & mari dicitur.*

v. 89.

Γέφυραι ἐεργμέναι, pontes muniti.

Ἰσχανόωσι, coërcent. *Poët.* pro ἰσχανῶσι, ex ἰσχανάουσι. v. ἰσχανάω, ῶ, inhibeo, retineo, coërceo. ab ἴσχω, habeo: retineo.

v. 90.

Ἀλωὰ, ᾶς, ἡ, area, in qua trituratur frumentum. 2.) locus vitibus vel arboribus consitus, arbustum, arboretum; vinea. 3.) campus frumentarius. 4.) seges, sata. ab ἅλως, ω, ἡ, area, in qua teritur frumentum.

Ἐριθηλὴς, έος, ὁ, ἡ, valde virens, pullulans, aut frondens. ex ἐρι, valde, & θάλλω, germino, vireo.

v. 91.

Ἐξαπίνης, *adv.* derepente, ex improviso. *Poët.* pro ἐξαίφνης: quod ex ἐξ, & αἴφνης, repente, subito.

Ἐπιβρίθω, ingravesco, magno cum pondere irruo *seu* ingruo, impressionem facio. ex ἐπὶ, & βρίθω, sum gravis, ingravesco: ingruo.

v. 92.

Ἔργα κατήριπε] *Segetes* vertit Clarkius. Sed id non satis convenit τῷ κατήριπε, quamquam ἔργα sic dicuntur. Nil impedit, quo minus etiam intelligantur arbores consitæ. ERN.

Κάτε-

Καἰερείπω, dejicio, diruo: ex καἰὰ, & ἐρείπω, everto, disturbo, demolior.

v. 95.

Λυκάονος ἀγλαὸς υἱὸς] Pandarus.

v. 99.

Γύαλον, ου, τὸ, cavitas. θώρηκος γύαλον est τὸ μέσον, medium thoracis.

Διὰ — ἔπἰαἰο, pervolavit. aor. 1. ind. Med. v. πἰῆμι, volo. *vel* aor. 1. ind. Med. *per Sync.* pro ἐπἰήσαἰο, v. ἵπἰαμαι, volo.

v. 100.

Διέχω, transigo & transeo.

Παλάσσω, *h. l.* inquino, fœdo, contamino. a πάλλω, vibro, quatio.

v. 101.

Τῷ δ' ἐπὶ, super hoc, propter hoc.

Μακρὸν ἄϋσε, alta voce clamavit.

v. 102.

Κένἰωρ, ορος, ὁ, stimulator, qui pungit. κένἰορες ἵππων, agitatores equorum. a κένἰω, *vel* κενἰέω, pungo, stimulo.

v. 104.

Ἀνσχήσεσθαι, toleraturum esse, fut. 1. infin. Med. *Poët.* pro ἀνασχήσεσθαι, v. ἀνασχέω, *sive* ἀνάσχημι, pro ἀνέχω, sustineo, tolero, patior, fero.

v. 105.

Ἀπόρνυμι, concito. ἀπόρνυμαι, prodeo cum impetu, concitus alicunde feror. ex ἀπὸ, & ὄρνυμι, concito.

Λυκίηθεν] ἐκ τῆς Λυκίας χώρας. *Schol.*

v. 106.

Δαμάζω, domo. *h. l.* interficio.

v. 109.

Ὄρσο, propera. pro ὄρσου. imperat. *Jon.* σ inserto, *metri gratia*, excitor. ex fut. ὄρσω, ab ὄρω.

v. 112.

Πὰρ, *per Apocop. apud Poëtas*, pro παρὰ, ad.

Διαμπερὲς, *adv.* prorsus, in totum, penitus, utrimque. *vel* utrimque perforatum. a διαμπείρω, penitus transfigo. quod ex διὰ, ἀνὰ, & πείρω, transfigo.

V. 113.

'Ανακοντίζω, ejaculor, emitto. *Metaph.* sursum ebullio. subsilio. erumpo. ab ἀκοντίζω, jaculor. quod ab ἄκων, οντος, ὁ, jaculum, telum.

Στρεπτὸς, ἡ, ὸν, versatilis, flexilis, tortilis, tortus. a στρέφω, verto, flecto, torqueo.

V. 114.

Δὴ τότ' ἔπειτ' ἠρᾶτο] Les plus grands Heros prient dans les occasions les plus perilleuses; car le plus grand courage est inutile, si Dieu ne le dirige & ne le soûtient. Aujourd'hui la plûpart de nos Guerriers jurent dans ces occasions, au lieu de prier: quelle honte! Que n'ont-ils cette pieté des Heros d'Homere, comme ils en ont la valeur? DAC.

V. 118.

Δὸς δέ τέ μ' ἄνδρα ἑλεῖν, καὶ ἐς ὁρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν.] Scholiastes ἑλεῖν interpretatur ἐν χερσὶν ἔχειν· ἐπιφέρει γὰρ, εἰς ὁρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν. Sed nihil impedit, quo minus & hoc in loco ἑλεῖν sit *interficere.* Nam *hastæ suæ patere*, & *interfici*, uno eodemque æstimat *Diomedes: Da mihi, ut virum istum interficiam; da utique, ut intra hastæ meæ jactum accedat.* CLARK.

V. 119.

Φθάμενος, præveniens. aor. 2. part. Med. ab ἐφθάμην. ab *inusitato* φθῆμι, pro quo φθάνω, prævenio, pervenio.

'Επεύχομαι, *h. l.* glorior, jacto me.

V. 122.

Ἔθηκεν, *h. l.* fecit, reddidit.

'Ελαφρὸς, ρὰ, ρὸν, levis, agilis, *instar cervi. quasi* ἐλαφερὸς, ab ἔλαφος, ου, ὁ, ἡ, cervus, cerva.

Ὕπερθε, & θεν, *adv.* desuper, superne.

V. 125.

Ἧκα, misi, immisi. aor. 1. ind. Act. v. ἵημι, mitto.

V. 126.

Ἄτρομος, ου, ὁ, ἡ, intrepidus. ex α priv. & τρομέω, trepido.

Ἔχεσκε, habebat. imperf. ind. Act. *Jon.* & *Poët.* pro εἶχε, v. ἔχω, habeo.

Σακεσπά-

Σακεσπάλος, ϐ, ὁ, scuti vibrator. ex σάκος, εος, τὸ, scutum, clypeus, & πάλλω, vibro.

v. 127.

Ἀχλὺς, ύος, ἡ, caligo: tenebræ: nebula.

Τοι, tibi. Ἕλον, *h. l.* abstuli.

Ἐπῆεν, *pro* ἐπῆν, inerat.

v. 128.

Ἠμὲν — ἠδὲ καὶ, cum — tum etiam.

v. 132.

Ἐλθῃσιν] ἔλθῃ.

Οὐτάμεν, vulnerare. (vulnera.) præs. infin. Act. *Jon.* pro ϐτάναι, v. ϐτημι, vulnero.

v. 133.

Ἀπέβη, discessit, abiit. v. ἀποβαίνω, descendo: discedo, abeo.

v. 136.

Ὥςε λέοντα — instar leonis —] Cette comparaison est très-juste. Le berger est Pandarus: les brebis ce sont les troupes Troyennes, & le lion c'est Diomede. DAC.

v. 137.

Ἐπὶ, *h. l.* apud, ad.

Εἰροπόκος, ϐ, ὁ, ἡ, laniger. ex εἶρος, εος, τὸ, lana, & πόκος, ϐ, ὁ, vellus, lana vellendo ab ove demta, & in floccum conglobata.

Οἰς, οἰὸς, *vel* ὄϊς, ὄϊος, ἡ, ovis.

v. 138.

Χραύω, leviter saucio, summam cutem vulnerando perstringo.

Ὑπεράλλομαι, transilio, ultra salio.

Αὐλῆς ὑπεράλμενον, caulam transilientem.

v. 139.

Προσαμύνω, *h. l.* ultra propello, repello, arceo.

v. 140.

Ἀλλὰ κατὰ ςαθμὺς δύεται] Σταθμοὶ, inquit *Eustathius*, τὰ ἐν τοῖς ἀγροῖς ζωοςάσια, αἱ ἐπαύλεις· καὶ ὅλως καταικίαι ἀγροτικαί. Alii igitur hoc ita accipiunt, ut dicatur *Pastor se in ædibus abscondere, quæ autem a Pastore deserta sint, loca omnia terrore repleta; ovesque in stabulis confertim sterni.* Alii *Leonem* intelligunt *stabula subire dictum*, ad oves diripiendas.

piendas. Porro istud τὰ δ' ἐρῆμα φοβεῖται, quod *Eustathius* ad ποίμνια refert, *Scholiastes* a *Barnesio* citatus ita accipit, ut scilicet *Pastor* dicatur τὴν ἐρημίαν φοβεῖσθαι. Quae quidem, ad sententiam, eodem redeunt omnia. CLARK.

Καταδῦμι, & δύω, & καταδύνω, penitus ingredior, subeo.

Ἔρημος, ε, ὁ, ἡ, & ἡμη, ημον, desertus, solus, solitarius, inhabitatus.

v. 141.

Ἀγχιστῖνος, & ἀγχιστῆνος, η, ον, ab ἄγχι στὰς, prope stans: densus, coacervatus, confertus. ex ἄγχι, & ἵστημι.

Ἐπ' ἀλλήλῃσι κέχυνται, aliae super alias sternuntur. χύω, fundo. Aliquando dicitur de multitudine, cum in aliquem locum catervatim se refundit, vel confluit.

v. 142.

Ἐμμεμαὼς, υῖα, ὸς, concitatus, valde cupiens, alacer. ex ἐν, & μάω, cupiditate flagro.

Βαθέης ἐξάλλεται αὐλῆς] *Exilit* EX *ovili*; vel *in agros*, postquam oves diripuit, vel *in stabula interiora*, ut oves eo jam prae metu confertas diripiat. CLARK.

v. 144.

Ἔνθ' ἕλεν, tunc interfecit.

v. 146.

Κληὶς, ἶδος, ἡ, *Jon.* pro κλεὶς, κλειδὸς, ἡ, clavis. *h. l. pars corporis*, jugulus.

v. 147.

Αὐχὴν, ένος, ὁ, cervix.

Ἐεργάθω, distraho, abscindo: prohibeo. *Dissolutione Poëtica*, ἐέργαθον, pro εἴργαθον, in imperf. ab εἴργω, vel εἴργω, *idem.*

v. 148.

Ἔασε, omisit.

Μετῴχετο, cursu petebat. imperf. ind. Med. v. μετοίχομαι, cursu peto.

v. 150.

Τοῖς οὐκ ἐρχομένοις ὁ γέρων ἐκρίνατ' ὀνείρους] Vel, *Quibus nequicquam, cum ad bellum proficiscerentur, interpretatus est somnia*: (vide infra, *v.* 198.) Vel, *Quibus, nunquam reversuris, interpretatus est somnia*: Vel, *Quibus non amplius interpretaturus erat somnia reversis.* Ab *Eustathio* laudatur haec

hæc ambiguitas. Mihi videtur, non utique *Poëtæ*, sed *Nobis* jam Græce minus scientibus omnino tribuenda. Alio adhuc modo interpretatur *Popius*: nempe *senem*, *quoniam filii ejus non reverterentur*, *Somniis interpretandis*, *quid tandem de iis actum esset*, *quæsitum esse*. At vero cur, ante confectum bellum, ut filii reverterentur, omnino expectaret senex, equidem nihil video. CLARK. Mihi simplicissimum videtur interpretari: *quibus euntibus* (ad bellum) *pater non interpretatus erat somnia*, neglexerat interpretari somnia, sive nulla somnia interpretatus erat, ut a bello absterreret & domi retineret. Ἐρχόμενοι sunt *euntes*: σὺν δὲ δύ' ἐρχομένω &c. Mox 198. μοι ἐρχομένῳ est *ad bellum abeunti*. ERN.

Κρίνομαι *in forma Media aliquando significat* conjecturam de re aliqua facere, explorare & examinare. *ut h. l.* ἐκρίναθ' ὀνείρους, conjecturam de somniis fecit.

V. 151.

Σφέας] αὐτούς.

V. 152.

Μετὰ, *h. l.* ad.

V. 153.

Ἐτείρετο γήραϊ λυγρῷ, conficiebatur senecta tristi.

V. 154.

Κτέαρ, ατος, τὸ, possessio, facultates, opes. κτεάτεσσι, *Poët.* pro κτέασι. a κτάομαι, ῶμαι, possideo, acquiro.

V. 155.

Ἐξαίνυτο, auferebat. imperf. ind. Med. v. ἐξαίνυμαι, aufero, privo, eripio.

V. 156.

Γόος, ου, ὁ, luctus, lamentatio.

V. 157.

Ζώοντε, vivos: ζῶντας.

Μάχης ἐκνοστήσαντε, ex pugna reversos.

V. 158.

Χηρωσταὶ] Verte: *propinqui*, non *curatores*: ut interpretatur *Eustathius* aliis locis, & *Hesychius*. ERN.

Illorum, quibus nec legitimi, nec adoptivi fuerunt liberi, bona hæreditate accipiebant proximi cognati: hæc consuetudo in ipsis Trojani belli temporibus obtinuit,

nuit; quandoquidem ejus meminit *Homerus h. l.* quando de duorum Phœnopis filiorum cæde a Diomede patrata differit. Hoc quidem in loco *Eustathius & vetus Scholiastes* contendunt χηρωστὰς fuisse quosdam Magistratus, quibus addicta erant bona illorum, qui moriebantur χηρεύοντες τῶν διαδόχων, id est, *legitimis hæredibus orbi*, sed nil impedit, quin de cognatis interpretetur istud nomen; eos enim, qui cognatorum liberis orborum bona hæreditate accipiebant, dictos fuisse χηρωστὰς, liquet ex veteribus Grammaticis, nominatim *Hesychio* Voc. χηρωσταὶ, & *Polluce*. Idem vocabulum usurpavit *Hesiodus*, sed an illo vel hoc sensu itidem dubium est, *in Theogonia v.* 603. *sqq.* Nec multum refert, sive hæc, sive illa interpretatio his in locis admittatur, quia Veterum moribus utramque simul convenire certum est; ut enim defunctorum bona jure hæreditario accipiebant cognati superstites, sic illorum, qui sine legitimis hæredibus moriebantur, facultates Principi, vel Reipublicæ, vel supremo Magistratui, prout singularum civitatum leges jubebant, addictæ erant. POTT. *Tom. II. p.* 284. *sq.* add. FEITH. *L. II. C. XII. §. III.*

Διὰ — δατέοντο, dispertiebantur. διαδατέομαι, ὄμαι, dispertior. ex διὰ, & δατέομαι, divido, partior.

Κτῆσις, εως, ἡ, possessio: res, quæ possidetur, facultates, opes, fortunæ. a κτάομαι.

V. 159.

Λάβε, corripuit.

V. 160.

Ἐιν, in. *pro* ἐν. Poëtæ post ε nullibi fere non assumunt jota, quod & post ο quandoque faciunt. WELL. *p.* 16. FISCH. *p.* 20.

V. 161.

Ἐν βουσὶ, in *vel* inter boves.

Θόρω, salio: insilio. Θορὼν, aor. 2. part.

Ἐξ — ἄξει, franget. (fregit.) v. ἐξάγνυμι, frango, rumpo. mutuatur tempora ab ἄγω.

V. 162.

Πόρτις, ιος, ὁ, ἡ, vitulus, vitula, juvencus, juvenca.

Ξύλοχος,

ξύλοχος, ου, ὁ, locus arboribus consitus, silva, nemus, fruticetum. ex ξύλον, & ἔχω, habeo.

Καταβόσκω, & ομαι, depasco.

v. 164.

Βῆσε, deturbavit, dejecit, descendere coëgit: κατέβιβασε.

v. 166.

Ἀλαπάζω, dissipo.

v. 167.

Βῆ ἴμεν, celeriter ivit — ἴμεν, (*ire*,) præf. infin. Act. *Jon.* pro ἰέναι, v. εἶμι, eo.

Ἄν τε μάχην] κατὰ τὴν μάχην. Ἄν, ἀντὶ τῆς Ἀνά.

Κλόνος, ου, ὁ, tumultus, strepitus, motus, qualis est tumultuantium.

v. 174.

Ἔφες, immitte. aor. 2. imper. Act. v. ἐφίημι, immitto.

Διὶ χεῖρας ἀνασχὼν] ευξάμενος τῷ Διὶ. *Schol.*

v. 175.

Ὅστις ὅδε] ὅστις ποτέ ἐστιν οὗτος.

Κρατέει] κρατεῖ, ἄρχει· vincit, superior est.

v. 176.

Γούνατ' ἔλυσεν] περιφραστικῶς, ἀνεῖλε.

v. 178.

Ἱρῶν μηνίσας, ob sacrificia succensens.

En quo causam infelicis pugnæ Æneas referat, nimirum ad Deum, qui homines interdum ἀτυχεῖν finit, quia minus pie ab ipsis colitur. Veterum autem illorum pietas maxime fuit in sacrificiis, ideo diligenter observabant, ut nihil in illis peccaretur, puta ut convenientes victimæ mactarentur, alioqui irritari Numen credebant, veluti si taurum Jovi immolassent. Quod etiam Ægyptii in bove ruso observabant, quem sacrare solebant, adeo ut si vel pilum nigrum haberet, vel album, eo litari non arbitrarentur, quippe hostiam non esse Diis gratam: ut refert *Plutarchus* in Libro *de Iside & Osiride.* Itaque si pugna prospere non succedat, ait Æneas, se suspicaturum, ne aliqua in parte sacrificiorum a Trojanis peccatum sit, quibus idcirco Jupiter iratus auxilium suum deneget. Eo enim semper revocandi sunt homines, ut cum feliciter rem suam non gerunt, id

id ſibi accidere, quod Deum ſcelere, aut vita alioqui flagitioſa, aut deſidioſo pietatis cultu in ſe provocaverint. Ab illo enim omnium rerum eventus dependet, ac cum ille omni ex parte ſit integer malorum & infortuniorum noſtrorum cauſa, non in eum, ſed in nos convertenda eſt. SPOND.

Ἔπι] ἔπεστι, ἐπιμένει.

v. 181.

Πάντα] κατὰ πάντα· in omnibus.

Εἴσκω, *Poët.* aſſimilo. ab εἴκω, ſimilis ſum.

v. 182.

Αὐλῶπις, ιδος, ἡ, anguſta, oblonga, *quaſi* in fiſtulam abiens. Epith. *galeæ.* ab αὐλωπὸς, ȣ̃, ὁ, ἡ, fiſtulæ inſtar oblongos habens oculos, quod ex αὐλὸς, ȣ̃, ὁ, tibia, & ὢψ, oculus.

v. 185.

Μαίνεται, furens facit.

v. 186.

Εἱλύω, volvo; *cum aſpero.* Sed Med. & Paſſ. *cum tenui*, εἰλύομαι, volvor; *item*, intego, induo, *ut hic.*

v. 187.

Τȣ́τȣ — ἔτρεπεν, ab iſto avertit.

Κίχημι, άνω, έω, adſequor, comprehendo.

v. 190.

Ἐφάμην *hic* putavi *potius*, *quam* dixi.

Ἀϊδωνεὺς, έως, ὁ, Pluto, Orcus. ab ᾄδης, ȣ, ὁ, orcus: mors: ſepulcrum: inferi.

Προϊάψειν] Vide dicta de h. v. ad *Iliad.* Α. 3. quæ h. l. confirmantur. ERN.

v. 191.

Κοτήεις, ήεσσα, ῆεν, iratus. a κοτέω, iraſcor.

v. 192.

Παρέασι, adſunt. præſ. ind. *Jon.* pro πάρεισι.

Τῶν κ᾽ ἐπιβαίην, quos conſcendam. (aor. 2. opt. Act. v. ἐπιβαίνω.)

v. 194.

Πρωτοπαγὴς, έος, ὁ, ἡ, primum compactus & coagmentatus, recens compactus, primo defixus. ex πρῶτος, & πηγνύω, *vel* πήγνυμι, compingo.

Νεοτευχὴς.

Νεοτευχὴς, έος, ὁ, ἡ, recens fabricatus, recens factus, nuper paratus. ex νέος, & τεύχω, fabricor, ſtruo.

Ἀμφὶ δὲ πέπλοι] περὶ αὐτὰς δὲ πέπλοι.

Πέπλος, ου, ὁ, peplum, velum, indumentum. Vid. de eo etiam MATTH. MARTINII *Lexic. Philolog.* & SAM. PITISCI *Lexic. Antiquit. Roman. Tom. III.*

v. 195.

Πέπτανται, expanſa ſunt. perf. ind. Paſſ. πέπταμαι, pro πεπέτασμαι, *per Sync.* a πετάζω, expando. *Sed alii putant eſſe* perf. Paſſ. v. πτῆμι.

Δίζυγος, ου, ὁ, ἡ, bijugis. ex δὶς, & ζυγὸς, jugum.

v. 196.

Ἑστᾶσιν, ſtant. præſ. ind. Act. *Poët.* pro ἱστᾶσι, v. ἵστημι.

Apud Homerum plerique currus bigis trahuntur; Achilles non pluribus vehitur, cum nomina equorum ſuorum ſint tantum Xanthus atque Balius. Idem narratur de Lycaone *h. l. Apud autem eorum unumquemque bijuges equi adſtant.* POTT. *Tom. II. p.* 14. FEITH. *L. IV. C. XI.* §. *IV.*

Κρῖ, τὸ, hordeum. a κριθὴ, ῆς, ἡ, *idem.* vel a κρίμνον, ου, τὸ, farina craſſior: hordeum. *per Apocop.*

Ὀλυρα, ας, ἡ, ſemen medium inter frumentum & hordeum, olyra, avena.

Equi in *paſtum* habebant lotum & apium. *Iliad. II. v.* 776. At equi Pandari mandentes hordeum ac avenam, ut ex *h. l.* apparet. Diomedis vero triticum. *Iliad. X. v.* 569. Idem traditur de Hectoris equis; addito in potum vino, quod ipſa Andromache ſuppeditabat. *Iliad. VIII. v.* 187. *ſq.* Hoc utique equis macilentis dari, auctor *Columella, de Re Ruſt. Lib. VI. C. XXX.* FEITH. L. IV. C. XI. §. II.

v. 197.

Ἦ μέν μοι μάλα πολλὰ] Pulcherrime hæc omnia, & ad *perſonam* convenientiſſime. CLARK.

Αὐχμητὰ Λυκάων] Vide ſupra ad *A.* 175.

v. 198

Ποιητὸς, ἡ, ὸν, (affabre) factus. a ποιέω, facio.

v. 200.

Ἀρχεύω, *idem quod* ἄρχω, impero, præſum.

v. 201.

Πιθόμην, parui, obedivi. aor. 2. ind. Med. *Jon.* pro ἐπιθόμην, v. πείθω, perſuadeo.

Ἦ τε] ἦ, ἦ μὴν, ἦ τοι· profecto, ſane.

v. 202.

Φείδομαι, *cum Genit.* parco *cui.*

Ἵππων φειδόμενος, μή μοι δευοίατο φορβῆς] Veritus, ne in urbe obſeſſa non eſſet, unde equis pabulum ſuppeditaretur. — Hominem deſcribit, non tam *pecuniæ parcum*, quam *conſilii improvidum.* CLARK. Et addit Poëta, eos equos large paſci ſolitos: εἰωθότες ἔδμεναι ἄδην, quod in bello ſæpe non licet. ERN.

Φορβὴ, ῆς, ἡ, pabulum, alimentum. a φέρβω, paſco, alo, nutrio.

v. 203.

Ἀνδρῶν εἰλομένων, viris *in urbe* incluſis.

Εἰωθότες, ſoliti. ab εἴωθα, præt. Med. v. ἔθω, ſoleo; ex conſuetudine facio. *ω addito per Pleonaſmum.*

Ἄδδην, *adv.* affatim, largiter.

v. 205.

Πίσυνος, ου, ὁ, fretus, fidens. a πείθω.

v. 206.

Δοιοῖσιν, duobus. a δοιοὶ, duo. *Poët.* pro δύο.

Ἀριστεὺς, έος, ὁ, princeps: omnium fortiſſimus. ab ἄριστος, optimus, præſtantiſſimus.

Ἐφῆκα, immiſi (*ſagittam.*)

v. 208.

Ἀτρεκὲς αἷμ'] Sanguinem verum, manifeſtum, atque in armis etiam colore rubro interlitis conſpicuum. Ut recte notavit *Popius.* CLARK.

Σεύω, elicio: cieo, concito.

Ἤγειρα δὲ μᾶλλον· irritavi autem magis.] Tantum abeſt, inquit Pandarus, ut meæ jaculationes, quibus Menelaum & Diomedem impetii, eos proſtraverint, ut eo magis ad prælium incenſi ſint: unde ſagittæ meæ eorum virtutis ſolum irritamenta fuerint, quod aliàs Poëta leoni comparat, qui læſus fieri ſolet fortior. SPOND.

v. 209.

Τῷ, ideo.

Πάσσαλος,

Πάσσαλος, ου, ὁ, paxillus, clavus ligneus. a πήσσω, pango, figo.

Ἄγκυλος, η, ον, curvus, aduncus, tortuosus.

v. 210.

Ἑλόμην, detraxi.

v. 211.

Φέρων χάριν, gratiam referens, gratificans.

v. 213.

Ὑψερεφὴς, *metri causa* pro ὑψηρεφὴς, έος, ὁ, ἡ, alte tectus, altum tectum habens. 2.) altus, celsus. ex ὕψος & ἐρέφω, tego.

v. 214.

Τάμοι, abscidat. a τέμνω.

Ἀλλότριος, ία, ιον, alienus: peregrinus, extraneus.

Ἀλλότριος φὼς] πολέμιος ἀνήρ.

v. 216.

Διακλάω, ῶ, confringo.

v. 218.

Ἀγόρευε, loquere.

Πάρος — πρὶν, prius, ante — quam.

v. 219.

Νὼ, nos ambo. nom. dual. *contr.* pro νῶϊ, ab ἐγώ.

Ἐπὶ νὼ τῷδ' ἀνδρὶ — ἐλθόντε] Non utique νὼ ἐπὶ τῷδ' ἀνδρὶ, (nam ea ratione inficete admodum *transposita* esset vox νὼ) sed ἐπελθόντε νὼ τῷδ' ἀνδρί. CLARK.

Κραιπνὰ, *adv.* velociter. *pro* κραιπνῶς. a κραιπνὸς, ἡ, ὸν, pernix, celer, velox, rapidus.

Ἔνθα καὶ ἔνθα, huc & illuc.

Διωκέμεν, ἠδὲ φέβεσθαι] διώκειν καὶ φεύγειν.

v. 224.

Τὼ, hi. (qui.) nominat. Dual. ab ὁ, ἡ, τό.

Σαώσετον, salvos perducent.

v. 226.

Μάστιξ, ιγος, ὁ, flagrum, flagellum, scutica.

Σιγαλόεις, όεσσα, όεν, qui pulcritudine sua silentium & admirationem facit, splendidus, elegans. a σιγάω, ῶ, sileo: admiror.

v. 227.

Ἐγὼ δ' ἵππων ἀποβήσομαι] Non, *in terram e curru de-*

scendam, sed *dum Tu equos regis*, *Ego stans in curru pugnabo.* Ut recte *Eustathius*: Τὸ πεζεῦσαι τῦ ἅρματος, ἵππων ἀποβῆναι λέγει. CLARK.

v. 231.

Ἡνίοχος, ου, ὁ, auriga. ex ἡνία, ας, ἡ, habena, lorum; vel ἡνίον, ου, τὸ, frenum: & ἔχω, habeo, teneo.

v. 232.

Οἴσετον, ferent. Αὖτις, retro.

v. 233.

Δείσαντε, si expaverint.

Ματήσετον, temere vagentur. 3. dual. fut. 1. ind. Act. v. ματάω, ῶ, vane tempus tero, frustra laboro, segniter ago. a μάτην, *adv.* frustra, in cassum.

v. 234.

Ἐκφερέμεν πολέμοιο, efferre prælio.

Φθόγγος, ου, ὁ, sonus, vox. a φθέγγομαι, vocem seu sonum emitto, sonum edo.

Τεὸν φθόγγον ποθέοντε·]. Pandarus moderationem currus non suscipit, quia veretur, ne sibi non obtemperarent equi, suasque habenas vocemque non audirent, propter illius moderationis insolentiam. Equorum autem adeo est sanum ingenium, (ut ita loquar,) ut consuetos suos rectores intelligant: quod tamen de generosis & insignibus equis tantum dicendum, quales sunt etiam hi Æneæ equi, & ille Cæsaris, ut referunt *Plinius* & *Suetonius*, qui alius assessoris, quam ipsius Cæsaris, erat impatiens: item ille Bucephalus Alexandri, qui ubi ornatus erat armatusque ad prælium, haud unquam inscendi sese ab alio, nisi a rege, patiebatur: ut referunt *Gell. Lib. V. Cap. 2. Q. Curt. Lib. IX. Solin. Plut. Justin. &c.* SPOND.

v. 236.

Ἐλαύνω, *h. l.* abigo, repello.

Μώνυξ, *per Sync.* pro μονώνυξ, υχος, ὁ, ἡ, solidas ungulas habens, solidipes. ex μόνος, & ὄνυξ, υχος, ὁ, unguis, ungula.

v. 239.

Φωνήσαντες, locuti.

v. 240.

v. 240.

Ἐμμεμαῶτ᾽, impetu concitati. Similiter *v.* 244. μεμαῶτε, paratos.

Ἐπὶ, *h. l.* contra.

Ἔχον, dirigebant.

v. 243.

Τυδείδη Διόμηδες] Obſervandum eſt in hac Stheneli oratione, quam facile ſit tumidos & jactabundos homines deprimi & perterrefieri: quod plerumque accidit in iis, qui ante prælium fortitudinem ſuam venditant & extollunt, cum ad rem devenitur, animis concidunt: ut hic videre licet in Sthenelo, qui jam ab eo Sthenelo mutatus eſt, qui pridem tam ſuperbe & procaciter Agamemnoni reſponſabat. At Diomedes contra, cum æquo animo Regis objurgationes & incitamenta pertuliſſet, cum antea, tum in præſentia, virtutis ſuæ documenta exhibebit, fretus Minervæ auxilio. SPOND.

Κεχαρισμένος, cariſſimus, gratiſſimus. a χαρίζομαι, gratificor.

v. 244.

Ἄνδρ᾽, *duos* viros.

v. 245.

Ἶς, ἰνὸς, ἡ, fibra, nervus. 2.) *h. l.* robur, vis, vires: *quoniam in fibris maxima pars virium conſiſtit.*

Ἀπέλεθρος, ου, ὁ, ἡ, immenſus. ex α priv. & πέλεθρον, ου, τὸ, jugerum: ſpatium.

v. 248.

Ἐκγεγάμεν, natus eſſe. præt. infin. Med. *Poët.* pro ἐκγεγαέμεν, quod *Dor.* dicitur pro ἐκγεγαέναι, v. ἐκγείνομαι, naſcor.

v. 249.

Ἄγε δὴ] *Age quæſo.*

v. 250.

Φίλον ἦτορ, dulcem vitam.

v. 252.

Μήτι φόβονδ᾽ ἀγόρευ᾽, Nequaquam ad fugam hortare.

Πεισέμεν, perſuaſurum.

v. 253.

Γενναῖος, αία, αῖον, ingenuus: decorus: generoſus, ſtrenuus.

Ἀλυσκάζω, fugio, fugito: evito, effugio. ab ἀλέομαι, molo: caveo, vito.

v. 255.

Ὀκνείω, & ὀκνέω, pigresco, piget me, sum tardus, piger; vereor, non audeo, dubito. ab ὄκνος, ου, ὁ, pigritia: metus.

Αὔτως] *Al.* οὕτως. CLARK. οὕτως habet etiam-MS. L. quod prætulerim. In αὔτως esset κακέμφατον & malum omen, quod in suscipiendis rebus cavebatur. Est enim ambiguum, quod *frustra* quoque significat. Secus est Z. 55. ubi ambiguitas etiam apta est personæ dicentis. ERN.

v. 256.

Ἀντίον εἶμ' αὐτῶν· obviam *ibo* ipsis. *Præsens enim hujus verbi frequenter apud Poëtas usurpatur pro Futuro.*

Τρέω, ῶ, tremo, intremisco, trepido, timeo.

v. 257.

Τούτω, hos. accus. dual.

Πάλιν αὖτις, rursus. *ob majorem vehementiam.* Jungitur & αὖθις cum πάλιν *Il.* B. 276.

Ἀποίσετον, auferent. 3. dual. fut. 1. ind. Act. v. ἀποφέρω, pro ἀποίω, aufero.

v. 158.

Ἄμφω, ambos. Γοῦν, vel quidem, saltem, etiam.

Φύγῃσιν, effugerit.

v. 260.

Πολύβουλος, ου, ὁ, ἡ, valde prudens *vel* sapiens: consultissimus. ex πολὺς, & βουλὴ, consilium.

v. 262.

Τούσδε] *Nostros hosce.*

v. 262.

Αὐτοῦ, *h. l.* hic.

Ἐρυκακέειν, *detine.* ἐρυκακέω, & ἐρυκάκω, coërceo. ab ἐρύκω, inhibeo, contineo, impedio.

Ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας] Cel. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 279. docet, ἄντυγα fuisse orbiculum, summæ curuli sellæ additum, sed proprie tamen, ejus cacumen aliquod eminentius ex anteriore parte, vel geminum ad utrumque latus, cui habenæ circumligari possent, si consistere currum oporteret. Itaque infra v. 728. in

curru

curru Junonis δοιοὶ περίδρομοι ἄντυγες commemorantur. ERN.

Ἡνία τείνας, habenis suspensis.

v. 263.

Ἐπαΐξαι — ἵππων, irrue — in equos, accurrito — ad equos.

v. 264.

Ἐκ — ἐλάσαι Τρώων, abige a Trojanis.

Μετὰ *h. l.* ad.

v. 265.

Τῆς — γενεῆς, ἧς &c. ejus stirpis *sunt*, e qua &c.

Εὐρύοπα Ζεὺς] Vide supra ad *A.* 175. & 498.

v. 266.

Δῶχ, *pro* ἔδωκε, dedit.

Υἷος, genit. *contr.* ab υἱὸς, filius.

v. 267.

Ἔασιν, sunt. *Jon.* pro εἰσί.

Ὑπὸ, *h. l. cum Accus.* sub.

v. 268.

Τῆς γενεῆς ἔκλεψεν, Ex hac stirpe furatus est.

v. 269,

Ὑποσχὼν θήλεας ἵππους, submissis fœminis equabus.

v. 270.

Γενέθλη, ης, ἡ, *idem quod* γενεὰ, ᾶς, ἡ, generatio: progenies, stirps, genus. Τῶν — γενέθλης, Horum — ex stirpe.

v. 271.

Ἀτιτάλλω, delicate nutrio, curo. ab ἀτάλλω, *idem.* quod ab ἀταλὸς, ἡ, ὀν, tener, mollis, puerilis, juvenilis.

Φάτνη, ης, ἡ, præsepe, stabulum.

v. 272.

Μήστωρε φόβοιο, aptos bello.

v. 273.

Εἰ τούτω κε λάβοιμεν] Non supervacaneum est istud κε; sed eam fere vim habet, quam apud Latinos, *Quod si hos ceperimus*; vel, *Quod si hos porro ceperimus.* CLARK.

Ἀροίμεθα, retulerimus. aor. 2. opt. Med. v. ἄιρω, tollo.

Κὰν, *h. l.* sane.

v. 277.

Καρτερόθυμος, ου, ὁ, ἡ, qui pertinaci animo eſt, pertinax, tolerans. ex καρτερὸς, & θυμός.

v. 279.

Αἴκε τύχοιμι, an aſſequi valeam.

v. 280.

Ἦ, *h. l.* dixit.

v. 281.

Τῆς δὲ διὰ πρὸ &c. per eum autem penitus &c.

v. 282.

Πταμένη, volans. præſ. part. Paſſ. v. πτῆμι, & in Paſſ. πτάμαι. *Alii malunt eſſe* aor. 2. part. Med. v. ἵπταμαι, volo.

v. 284.

Βέβληαι, vulneratus es. perf. ind. Paſſ. *Jon.* pro βέβλησαι, v. βάλλω, jacio: ferio, ſaucio.

Κενεὼν, ῶνος, ὁ, pars corporis inter thoracem & os ad ilia pertinens, venter. a κενεὸς, ὰ, ὸν, vanus, inanis.

v. 285.

Εὖχος, εος, τὸ, gloria, honor, decus. ab εὔχομαι, glorior.

v. 287.

Ἤμβροτες, erraſti. aor. 2. ind. Act. v. ἀμβροτέω, erro, aberro. pro ἀβροτέω. ab ἀβρότη, nox.

Σφῶϊ, vos.

v. 289.

Ἆσαι, aor. 1. infin. v. ἄδω, ſatio, expleo.

Αἵματος, ſanguine.

Ταλαύρινος, ου, ὁ, patiens ærumnarum & laborum. 2.) audax, fortis. a ταλάω, ſuffero, patior.

Πολεμιστὴς, οῦ, ὁ, bellator, habilis ad bellum. a πολεμίζω, bellum gero.

v. 291.

Ῥὶν, *vel* ῥὶς, ῥινὸς, ἡ, naſus, nares.

Περάω, transfigo, transmitto, trajicio.

v. 292.

Ἀπὸ — τάμε, abſcidit.

Πρυμνὸς, ὴ, ὸν, extremus, ultimus.

v. 293.

Ἐξεχύθη παρὰ — exiit ad —

Παρὰ

Παρὰ νείατον ἀνθερεῶνα] Nempe incidit ei telum tum, cum forte caput *demitteret.* CLARK.

v. 295.

Αἰόλος, η, ον, varius, variegatus.

Παρέτρεσσαν, tremefacti reſtitabant, *vel* timefacti diffugerunt. v. παρατρέω, intremiſco, perhorreſco, trepido.

v. 296.

Αὖθι, *adv. h. l.* ibi, illic.

Λῦθη ψυχή τε, μένος τε] περιφραστικῶς, ἀπέθανεν.

v. 297.

Ἐπορούω, impetu *ſeu* gradu concitato feror, hoſtiliter adſilio, irruo.

v. 298.

Μήπως οἱ] Qui iſtud οἱ, *ad ſe*, latine vertunt, ad *ſententiam* quidem nihil male, ſed ad *ſyntaxin* minus recte accipiunt. Non enim hoc dicitur: *veritus, ne ad ſe*, ad Achivos ſcilicet, pertraheretur cadaver; ſed, *veritus, ne ſibi*, ne *Æneæ* ſcilicet, eriperetur. Id quod ad *ſententiam* minime, ad *grammaticam* certe permultum intereſt. CLARK.

Ἐρυσαίατο, aor. 1. opt. Med. *Jon.* pro ἐρύσαιντο, v. ἐρύω, traho.

Νεκρὸς, ὰ, ὸν, mortuus: mortui *cadaver.*

v. 299.

Ἀλκὶ, *pro* ἀλκῇ, *ex* ἀλκὴ, robur. Poëtæ Dativum Singularem primæ Declinationis, Singularem & Pluralem, ut & Accuſativum Singularem ſecundæ, formant ad modum tertiæ Declinationis. WELL. *Gramm. p.* 144. *ſq.* FISCH. *Animadv. p.* 163.

v. 300.

Πρόσθε οἱ ἔχε — prætendit ipſi —

v. 301.

Κτάμεναι, interficere. *Dor.* κτάμεν, *Jon.* pro κτάναι, a κτῆμι, interficio.

v. 302.

Σμερδαλέα, *vel* σμερδαλέον, *adv.* horrendum in modum, horribiliter, terribiliter. a σμερδαλέος, έα, έον, adſpectu *ſive* intuitu terribilis. a μέρδω, intueor.

v. 303.

Μέγα ἔργον per Appofitionem Nomini cuipiam additum rei magnitudinem fignificat. Ita eleganter *h. l.* Hom.

— ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ
Τυδείδης, μέγα ἔργον,

Lapidem vero prehendit manu
Tydides, ingentis magnitudinis, vel *ponderis.* HOOG. *ad* VIG. *de Idiot. C. III. S IV. R. XII.* (*N.* 3.)

Antiqui Græci hoftem lapidibus laceffere foliti. Sic Agamemnon apud Hom. *Iliad.* Λ.264:

Αὐτὰρ ὁ τῶν ἄλλων ἐπεπωλεῖτο ςίχας ἀνδρῶν,
Ἔγχεΐ τ', ἄορί τε, μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν.
At hic aliorum obibat ordines virorum,
Haftaque, enfeque, magnisque faxis.

Hi lapides tantæ magnitudinis erant, ut viribus conjunctis plures homines hac noftra ætate vix, ac ne vix quidem, fuftollere valerent. Lapide hujus craffitiei Diomedes Æneam proftravit. Pariter Ajax & Hector iisdem armis fe invicem adoriuntur; pofterioris quidem (ut Poëta refert *Iliad.* H. 270.) clypeus confractus eft lapide molari.

Εἴσω δ' ἀσπίδ' ἔαξε βαλὼν μυλοειδέϊ πέτρῳ.
Perfregit autem clypeum percuffum molari faxo.

Imo ipfimet Dii hujusmodi armis ufi funt, ut patet exemplo Minervæ, *Iliad.* Φ. 403. quæ in Deum belli irruit, armata lapide portentofæ magnitudinis, qui fuperioribus feculis in terminum erectus fuerat. *Virgilius* Lib. XII. Æneid. v. 896. hujus rei præclarum exemplum eleganter defcribit.

Cujusmodi defcriptiones plurimi inter recentiores Criticos, præfertim inter Gallos, exagitant exploduntque tanquam abfurdas atque ineptas, qui dum leges probabilitatis ex moribus fuæ ætatis ftatuunt, vix ullus locus occurrit apud veteres Poëtas, qui illorum fubtiliori palato bene fapiat hac vel de caufa.

Sed quamvis prælia veterum Heroum prædicto ftilo defcribi debeant, ex teftimonio plerorumque Poëtarum antiquorum, nihilominus recentioribus feculis, quibus tradunt hominum robur ac fortitudinem minui, dum illorum

illorum prudentia & astutia proficiebant, raro fit mentio lapidum, nisi in obsidionibus, cum obsessi in capita hostium saxa ingentia devolvere solebant. POTT. *Tom. II. p.* 38. *sq.*

v. 304.

Οἷοι νῦν βροτοί εἰσ'] Hunc locum vindicat Cl. *Riccius* diss. Homer. T. I. p. 185. utens collectis a *Calmeto* in diss. de gigantibus. ERN.

Ῥεῖα, *adv.* facile. a ῥέζω, facio.

v. 305.

Τῷ βάλεν — Eo percussit —

Ἰσχίον, ου, τὸ, coxa, coxendix, lumbus. ab ἴσχις, εως, ἡ, lumbus.

Ἔνθα, *h. l.* ubi.

v. 306.

Ἐνστρέφω, intorqueo: in — verto.

Κοτύλη, ης, ἡ, cavum, cavitas. *h. l.* cavitas coxæ, acetabulum.

v. 307.

Θλάω, ῶ, contundo, collido, conquasso, frango. θλάσσε, *Poët.* pro ἔθλασε.

Πρὸς, *absol.* præterea, insuper.

v. 308.

Ὦσε δ' ἀπὸ, detraxit.

v. 309.

Παχὺς, εῖα, ὺ, *h. l.* fortis, robustus.

v. 310.

Γαίης, in terram.

v. 311.

Ἔνθ' ἀπόλοιτο — εἰ μὴ &c. ibi periisset — nisi &c.

v. 312.

Ὀξὺ pro ὀξέως, *h. l.* celeriter, velociter, repente.

v. 313.

Ὑπὸ, *h. l.* ex. Vide *Iliad.* B. *v.* 820.

Βουκολέω, ῶ, boves pasco. a βουκόλος, ου, ὁ, bubulcus. quod ex βοῦς, & κόλον, cibus.

v. 314.

Πῆχυς, εως, ὁ, cubitus: lacertus.

v. 315.

Πλύγμα, ατος, τὸ, plica, plicatura, ſinus, ſinus rei complicatæ. a πλύσσω, plico, complico.

v. 316.

Ἔρκος ἔμεν βελέων, *ut eſſet munimentum contra tela.* Nota hujus Infinitivi uſum, qui vel per Appoſitionem, vel potius, diſſimulato articulo τῶ, per conjunctionem *ut* exponitur. HOOG. *ad* VIG. *C. V. S. VI. R. XI. (N.* 11.)

v. 317.

Ἀπὸ — ἕλοιτο (*pro* ἀφέλοιτο) θυμὸν, animam eriperet.

v. 318.

Ὑπεξέφερεν πολέμοιο, ſubducebat e prælio. ὑπεκφέρω, clam effero.

v. 319.

Συνθεσία, ας, ἡ, pactum, fœdus. *h. l.* mandatum. a συντίθημι, conſentio, paciſcor.

v. 320.

Τάων (*pro* τῶν) ἃς ἐπέτελλε — eorum, quæ dederat —

v. 322.

Φλοῖσβος, ου, ὁ, ſonitus, quem aqua edit, præſertim cum fluctus excitantur. *h. l.* ſtrepitus *bellicus.*

v. 323.

Καλλίτριχες, ου, ὁ, ἡ, qui pulcro eſt capillo. *h. l.* jubis pulcris comans. ex καλὸς, & θρίξ.

v. 325.

Πέρι, ſupra.

v. 326.

Ὅτι οἱ φρεσὶν ἄρτια ᾔδη] Non hoc utique dicitur, aut ad *ſapientiam* fuiſſe pares: id quod alii exiſtimarunt; aut ad *virtutem*, ut aliis viſum eſt: ſed, *cum moribus & natura Stheneli* congruum fuiſſe *Deïpylum.* CLARK. Qui ſenſus bonus eſt, ſed non ſatis convenit verbo ἄρτια, quamquam & Heſychius interpretatur προσηρμοσμένα. Intelligam: quia ejus bonis conſiliis uti poterat, ob prudentiam. ERN.

v. 328.

Ὧν ἵππων] τῶ ἰδίω ἅρματος.

v. 329.

Μέθεπε, ſequi fecit, poſt — egit. a μεθέπω, ſequi facio.

facio. 2.) advenio. 3.) investigo, quæro. ex μετὰ, & ἕπω, curo, ago. ἕπομαι, sequor.

Κρατερώνυξ, υχος, ὁ, ἡ, solidos, firmos & robustos ungues habens, solidas ungulas habens. ex κρατερὸς, & ὄνυξ, χος, ὁ, unguis, ungula.

v. 330.

Κύπρις, ιδος, ἡ, Cypris, *i. e.* Venus, quæ ita dicitur a Cypro insula, in qua olim in primis colebatur, eoque ex mari appulisse credebatur.

v. 331.

Θεάων] τῶν θεῶν, θηλυκῶς. Ἡ διάλεκτος Βοιωτῶν, ἢ τῶν Αἰολέων. *Schol.*

v. 332.

Κατακοιρανέω, ῶ, dominor, rego, administro. ex κατὰ, & κοιρανέω, ῶ, dominor, impero.

v. 333.

Πτολίπορθος Ἐνυὼ, urbium vastatrix Bellona.

v. 334.

Ὀπάζω, *h. l.* persequor.

v. 335.

Ἔνθα, *h. l.* tum.

Ἐπορεξάμενος, protensa manu *vel* hasta, *vel* lancea. v. ἐπορέγομαι, exporrecta manu prenso, protenta manu capto. 2.) porrecta manu præbeo.

v. 336.

Ἄκρην οὔτασε χεῖρα] Hoc, ut opinor, ait Homerus: *Diomedem*, πολὺν καθ' ὅμιλον ὀπάζοντα, *v.* 334. permultis Trojanorum fusis atque cæsis, (πολλῶν φονευομένων, ut recte *Heraclides Ponticus*) magnam *Helenæ rapiendæ auctoribus* ac propugnatoribus *notam infamiæ* eo die inussisse. CLARK.

Μετάλμενος, insiliens. *pro* μεθαλλόμενος, *per Syncop.* a μεθάλλομαι, insilio, transilio. ex μετὰ, & ἄλλομαι.

v. 337.

Ἀβληχρος, ου, ὁ, ἡ, *al.* ἀβληχρὸς, ρὰ, ρὸν, debilis, imbecillus, infirmus. 2.) fortis, validus, robustus.

Εἶθαρ, *adv.* statim, confestim.

Ἀντιτορέω, ῶ, transfodio, perfodio. ex ἀντὶ, & τορέω, fodio.

v. 338.

'Οι *pro* αὐτῇ, ei.

Χάριτες, grates, gratiæ, Gratiæ deæ.

Κάμον, elaborarant. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἔκαμον, v. κάμνω, cum labore facio, elaboro.

v. 339.

Πρυμνὸς, ἡ, ὸν, extremus, ultimus.

Θέναρ, ερος, τὸ, vola, cavitas manus & pedis.

Ἄμβροτος, ε, ὁ, ἡ, immortalis: divinus: incorruptus. ex α priv. & βροτὸς, mortalis: *inserto* μ.

Θεοῖο, Deæ.

v. 340.

Ἰχὼρ, *Ichor.*

Dii apud *Hom.* non corpore conſtant, quemadmodum homines, e craſſa materie conflato, & fæculento, ſed ſubtili ac ſimplici; quamobrem corruptioni minime ſunt obnoxii; cum per eorum corpora non ille hominum ſanguis glutinoſus perfluat, ſed tenuiſſimus quidam nulla fœcis admixtione humor, qui appellatus eſt *Ichor.*

Ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν·
Ichor, qui Divum felices perfluit artus.

Ad quem verſum alluſiſſe perhibent Alexandrum, dum accepto vulnere ex ejus corpore ſanguis efflueret; ſuis enim aſſentatoribus, qui ſe Deum Jovis filium faciebant, indignabundum exprobraſſe (*Plut. de fort. Alex.*)

— — — ἀλλὰ τοῦτο μὲν αἷμα,
Οὐκ ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακ. θεοῖσι.
videlicet
— — — *atqui ſanguis veriſſimus hic eſt,*
Non ichor, qualis Divorum corpore manat.

Quamquam *Seneca rhetor* non Alexandro, ſed Calliſtheni philoſopho hoc dictum attribuit (*Suaſ. prima*) quem & Alexander occidit propter intempeſtive prolatos liberos ſales; nam cum Deus vellet videri Alexander, & vulneratus eſſet, viſo ſanguine ejus philoſophus mirari ſe dixerat, quod non eſſet

Ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν.

Hunc

Hunc item Homeri locum, ubi Deos vocat ἀναίμονας, h. e. *exſangues* reſpexiſſe crediderim *Anacreontem in Ode de Cicada*:

ἀπαθὴς, ἀναιμόσαρκε,
σχεδὸν εἶ θεοῖς ὅμοιος·
Ulla nec auƈta carne,
Nec auƈta ſanguine ullo,
Ipſis abes parum a Dis.

RICC. *Diſſert. Hom. Tom. II. p.* 128. *ſq.*

v. 341.

Σῖτος, ου, ὁ, frumentum, triticum: cibus.

Αἴθοπα οἶνον] Vide ſupra ad *A.* 462.

v. 342.

Ἀναίμων, ονος, ὁ, ἡ, exſanguis, ſanguinis expers. ex α priv. & αἷμα, ſanguis.

v. 343.

Ἀπὸ ἕο, abs ſe.

Κάββαλεν, dejecit. aor. 2. ind. Aƈt. *Dor.* vel *Poët.* pro κατέβαλεν, v. καταβάλλω, dejicio, proſterno.

v. 345.

Κυανέῃ νεφέλῃ] τῇ ἀορασίᾳ, ut reƈte Scholiaſtes. Per multitudinem ſcilicet *Æneas* elapſus, ſe ſubduxit. CLARK.

v. 346.

Ἐκ — ἕληται θυμὸν, animam eriperet.

v. 348.

Εἶκε, cede ex — ab εἴκω, cedo.

v. 349.

Ἦ οὐχ; An non?

Ἠπεροπεύω, decipio, fallo.

v. 350.

Ἐς πόλεμον πωλήσεαι, (*Jon.* pro πωλήσῃ) in bello verſabere.

Ἐμμεμαυῖα, irâ concitata. ἐμμεμαὼς, υῖα, ὸς, concitatus, valde cupiens, gestiens. ex ἐν & μάω, cupiditate flagro.

Μέγα, *h. l.* valde.

Φήγινος, ινη, ινον, faginus, fagineus. a φηγὸς, ῦ, ἡ, fagus, æsculus.

v. 839.

Βριθοσύνη, ης, ἡ, pondus, gravitas. a βρίθω, gravis sum.

Θεὸς, *aliquando est generis fœmin.* Dea, *ut h. l.*

v. 841.

Αὐτίκ' ἐπ' Ἄρηϊ (Πάλλας) ἔχε μώνυχας ἵππυς] Nempe, Trojanorum *vim* superavit Græcorum *disciplina & scientia* militaris. Id quod fieri scilicet εἴωθε, *v.* 766. CLARK.

v. 842.

Ὁ μὲν (Ἄρης) Περίφαντα ἐξεναρίξεν] Eo, ut opinor, quod in *prælio* cecidisset *Periphas*, nec *a quo* occisus esset appareret, a *Marte* dicitur interfectus. IDEM.

v. 845.

Δῦν' (pro δῦνε, *per Apostroph.*) Ἄϊδος κυνέην Induit orci galeam. Hanc galeam (qua densam nubem ac tenebricosam significare videtur Poëta,) qui gestaret, quoscunque voluisset, videbat, ipse nemini conspicuus. Ex hac Homerica fabella adagium expressum. Ἄϊδος κυνῆ, *Orci galea*, quod in eos dictitatur, qui semet arte quapiam alienis oculis conantur subducere. Ajunt, Perseum hac galea instructum, ac præterea ob Mercurii talaria volucrem factum, ad superandas Gorgones se

 contu-

contulisse. Γύγου δακτύλιος, *Gygis annulus*, idem præstasse fertur, ac Orci galea. *Plato Lib. X. de Rep.* utrumque memorat, dum ait, semper honesta vi sua, propter seque esse consectanda, etiamsi Gygis annulum, aut Orci galeam quis possideat. Item *Origenes Lib. I. adversus Celsum* hujus galeæ mentionem facit: ubi contendit magis convenisse, ut Christus in Ægyptum fugiens eriperet sese Herodis insaniæ, quam si sub Orci casside latitans ipsum fefellisset. RICC. *Dissert. Hom. Tom. II. p.* 235. *sq.* — *Aristophanes in Acharn. Antistr. versuum VIII. v.* 386. *sqq.* (*Tom. I. p.* 496. *sq.* Edit. Lugd. Batav. 1760.)

Λαβὲ δ᾽ ἐμοῦ γ᾽ ἕνεκα
Παρ᾽ Ἱερωνύμου
Σκοτοδασυπυκνότριχα
Τὴν Ἄϊδος κυνῆν.
Sumas per me licet
Ab Hieronymo
Umbrosam illam & hirsutam
Plutonis galeam.

Confer. etiam DES. ERASMI *Adag. Chiliad. II. Centur. X. prov.* 74.

v. 849.

Ἰθὺς, & ἰθὺ, *adv. regit genit.* recta, *vel* recta in — ad — adversus *quem.* ab ἰθὺς, έος, ὁ, rectus.

v. 851.

Ὠρέξαθ᾽ *pro* ὠρέξατο, protenta manu jaculatus est.

v. 852.

Ἀπὸ — ὀλέσσαι θυμὸν, animam eripere.

v. 854.

Ὦσεν ὑπ᾽ ἐκ δίφροιο, summovit a curru.

Ἐτώσιον ἀϊχθῆναι, ut incassum præterfugeret. Vid. *Il.* Γ. *v.* 368.

v. 856.

Ἐπέρεισε, infixit, adegit. v. ἐπερείδω, adigo, infigo, valde firmo & impingo, imprimo.

v. 857.

Ζωννύσκετο, cingebatur. *pro* ἐζώννυτο. Jones, Æoles & Poëtæ imperf. Pass. & Med. ut & utrumque Aoristum Med.

Med. formant in σκόμην κ. τ. λ. WELL. *Gr.* *p.* 172. FISCH. *Animadv.* *p.* 189.

Veteres utebantur cingulo, quo lumbos constringebant: ζώνην Homerus vocat, *seu* μίτρην. Sic *h. l.* Mars vulneratus ad imum ventrem

Νείατον ἐς κενεῶνα, ὅθι ζωννύσκετο μίτρην·
Imum in ile, ubi cingebatur cinctu.

Et Iphidamas percussit Agamemnonem

— — κατὰ ζώνην, θώρηκος ἔνερθε·
ad zonam, thoracem subter.

Iliad. *XI.* *v.* 234. Menelaum quoque, tuta μίτρη ex ære confecta, ne sagitta Pandari ventrem trajiceret. *Iliad.* *IV.* *v.* 137. FEITH. *L.* *IV.* *C.* *VIII.* §. *III.*

v. 858.

Τῇ ῥα] Ea *utique* parte. Non igitur supervacaneum est istud ῥα; sed vim habet in connectenda sententia perquam elegantem. Vide quoque supra ad Α. 56. CLARK.

Δάπτω, voro, dilanio, dilaniando voro.

v. 859.

Ἔβραχε χάλκεος Ἄρης, Ὅσσον τ᾽ ἐννεάχιλοι] Clamorem exhibet aciei disjectæ, & in fugam conversæ. CLARK.

v. 860.

Ἐννεάχιλοι] Similis locus est de Neptuno vociferante. *Aristarchus* corrigebat ἐννεάχειλοι ut δεκάχειλοι, inepte. Nam ita nimis minuitur res, si Mars clamando tantum novem aut decem hominum vocem æquat, quæ in vulgata lectione nimis augeri videtur. *Daciera* mollivit græca verba vertens sic, ut clamorem Martis dicat fuisse tantum, quantus est universi exercitus. ERN.

Ἐννεάχιλοι, *pro* ἐννεακισχίλιοι, novies mille.

Δεκάχιλοι, *pro* δεκακισχίλιοι, decies mille.

Ἐπίαχον, clamant. v. ἐπιάχω, clamo, acclamo. ex ἐπὶ & ἰάχω, clamo.

v. 861.

Ἔριδα ξυνάγοντες, certamen committentes, pugnam ineuntes.

v. 862.

Ὑπὸ — εἷλεν, occupavit.

v. 864.

Ἐρεβεννὴ Φαίνεται ἀὴρ, Καύματος ἐξ ἀνέμοιο δυσαέος ὀρνυμένοιο] Nonnulli distinguunt; Καύματος ἐξ, ἀνέμοιο &c. Ac proinde diverse accipi potest hæc sententia : ut dicat nimirum Poëta, caliginosum aërem *vel* ex æstu oriri ac vento a meridie exorto, *vel* ventum denique ex æstu. Quæ quidem ambiguitas non utique Poëtæ, sed nobis græce jam minus scientibus omnino est tribuenda. CLARK.

v. 865.

Καῦμα, ατος, τὸ, ardor, æstus, calor nimius. a καίω, uro.
Δυσαής, έος, ὁ, ἡ, graviter spirans. ex δὺς & ἄημι, spiro.

v. 867.

Ὁμῶ νεφέεσσιν] *Pulvere ingenti* scilicet excitato. CLARK. simul *cum* nubibus, una *cum* nebulis.

v. 869.

Θυμὸν ἀχεύων, animo mœrens. ἀχεύω, mœreo, doleo, ægre fero. ab ἄχος, εος, τὸ, mœror, dolor, tristitia.

v. 870.

Ἄμβροτος, ου, ὁ, ἡ, immortalis. 2.) divinus. 3.) incorruptus. ex α priv. & βροτὸς, mortalis : *inserto* μ.

v. 871.

Ὀλοφύρομαι, lamentor, ejulo, ploro, lugeo.

v. 872.

Ζεῦ πάτερ] Equidem continere me nequeo, quin vocem Romanam *Jupiter* multo potius Ζεὺς πατὴρ esse credam, quam *Juvans pater*. CLARK.
Καρτερὰ ἔργα, violenta facinora.

v. 873.

Ῥίγιστα, acerbissima. ῥίγιστος, η, ον, maxime horrendus, tristissimus. a ῥίγος, τὸ, rigor, frigus vehemens. *Inde Adject.* ῥίγιος, ου, ὁ, ἡ, rigidus, horridus.
Τετληότες εἰμὲν (*Poët.* pro ἐσμὲν) passi sumus.

v. 874.

Ἰότης, ητος, ἡ, consilium: voluntas. ἀλλήλων ἰότητι, mutuo consilio. ab ἵεμαι, cupio, desidero.
Χάριν δ' ἄνδρεσσι φέροντες, gratificantes nempe hominibus.

v. 875.

Σοὶ πάντες μαχόμεσθα] *C'est vous qui êtes la seule cause de*

de tous nos debats : C'eſt à mon avis le ſens de ces paroles : σοὶ πάντες μαχόμεσθα, *pour vous*, c'eſt à dire, διὰ σὲ, *à cauſe de vous ;* & Mars rejette ſur Jupiter la cauſe de toutes les diſſenſions, & de tous les debats des Dieux, parce qu'il donne une entiere licence à Minerve. DAC.

v. 876.

Ἀήσυλος, ύλη, υλον, moleſtus. 2.) iniquus, injuſtus.

Μέμηλεν, curæ ſunt.

v. 878.

Δεδμήμεσθα, ſubjecti ſumus. pro δεδεμήμεσθα, *per Sync.* a δέμω. *vel* a δμάω, *per Sync.* pro δαμάω.

v. 879.

Προτιβάλλομαι, *Dor.* pro προσβάλλομαι, *h. l.* coërceo: caſtigo, refreno. προτιβάλλεαι *Jon.* pro προτιβάλλῃ.

v. 880.

Ἀνίημι, *h. l.* indulgeo.

Ἐγείναο, genuiſti. *Jon.* pro ἐγείνω. aor. 1. ind. Med. v. γείνομαι, naſcor, gignor. 2.) *active*, *de mare & fœmina*, gigno, procreo.

Παῖδα, *h. l.* filiam.

v. 882.

Μαργαίνω, inſanio, furo. a μάργος, η, ον, *vel* μάργος, ου, ὁ, ἡ, inſanus, amens, veſanus, ſtolidus.

Ἀνίημι, *h. l.* ſtimulo, exſtimulo, impello.

v. 883.

Καρπὸς, ῦ, ὁ, *h. l.* junctura manus cum brachio, carpus.

v. 885.

Ὑπήνεικαν, ſubduxerunt. aor. 1. ind. Act. *Poët.* pro ὑπήνεγκαν, v. ὑποφέρω, *pro* ὑπενέγκω, ſubduco.

Ἦτε, *h. l.* profecto *alioquin.*

v. 886.

Αὐτῦ πήματ' ἔπασχον] Κατ' εὐφημίαν dictum puto pro: *ibi cæſus jacuiſſem inter mortuos.* Nam ſequitur, ἤ κεν ζὼς &c. *Aut certe ſi vivus diſceſſiſſem, fractis viribus fuiſſem ab ictibus telorum.* Add. ad *v.* 388. ERN.

Αὐτῦ *h. l.* ibi. Ἐν, inter.

Νεκὰς, άδος, ἡ, acervus cadaverum. Νεκάδες, mortui. a νεκρὸς, mortuus.

v. 887.

Ζωὸς, pro ζωὸς, ὁ, ὸν, vivus. a ζάω, vivo.

Ἀμενηνὸς, ἡ, ὸν, debilis, viribus fractus. 2.) evanidus, qui cito perit. ex α priv. & μένος, robur; vel μένω, maneo.

Ἔα, fuissem. imperf. ind. Act. Jon. & Poët. pro ἦα, & hoc pro ἦν, v. εἰμὶ, sum.

Τυπὴ, ῆς, ἡ, ictus, percussus, plaga. ab aor. 2. v. τύπτω, percutio, cædo.

v. 889.

Μινυρίζω, exili voce lamentor, exili & flebili voce cantillo. a μινύρομαι, querula & lamentabili voce loquor, vel cantillo. quod a μινυὸς, ὰ, ὸν, parvus, exilis.

v. 892.

Μένος h. l. animus, ingenium.

Ἀνάσχετος (Alii ἀάσχετος) ὁ, ὁ, ἡ, intolerabilis, intolerandus, qui cohiberi seu retineri nequit. Ingenium Junonis ob pervicaciam dicitur ἀνάσχετον, & robur Martis, quia nemini cedit, nec contineri valet. ex α priv. & ἔχω, pro κατέχω, coërceo.

Ἐπιεικτὸς, ἡ, ὸν, facile cedens, proclivis ad cedendum: tolerabilis. ex ἐπὶ & εἴκω, cedo.

v. 893.

Δάμνημ' pro δάμνημι, reprimo: domo, subigo.

v. 894.

Ἐννεσία, ας, ἡ, consilium, monitus, instinctus. ab ἐνίημι, immitto.

v. 895.

Ἀνέχομαι, patior, sino.

v. 896.

Γένος ἐσσὶ, genitus es.

v. 897.

Τευ pro τινος.

Γένευ, natus esses. aor. 2. ind. Med. Jon. & Dor. pro ἐγένε, v. γείνομαι, nascor.

Ὧδε, h. l. ita, tam.

v. 898.

Πάλαι, adv. pridem, jampridem, dudum, jamdudum.

Ἦσθα, fuisses. imperf. ind. Æol. pro ἦς. v. εἰμὶ, sum.

Ἐνέρτε-

Ἐνέρτερος, έρα, ερον, inferior. *per Sync.* pro ἐνερώτερος. ab ἔνερος.

Οὐρανιώνων] τῶν Τιτάνων, νῦν.

v. 899.

Ἰάομαι, ῶμαι, medeor, ſano, curo.

v. 902.

Ὀπὸς, ȣ, ὁ, ſuccus, humor *vel* liquor alicunde manans: ſuccus lacteus caprifici, quo coaguli loco utebantur Veteres ad lac ſpiſſandum. *Schol.* τὸ γαλακτῶδες τῆς συκῆς.

Ἐπειγόμενος] ταρασσόμενος· feſtino motu.

Συμπήγνυμι, *vel* γνύω, compingo, coagmento, commiſceo, concreſcere & coaleſcere cogo, in coagulum cogo, condenſo. ex σὺν & πηγνύω, υμι, *idem.*

v. 903.

Ὑγρὸν ἐὸν, liquidum quod erat, *vel* cum eſſet.

Περιστρέφω, circumago, in orbem verto, circumverto: intorqueo; Aut potius *per Epenth.* pro περιτρέφω, coagulare *vel* concreſcere facio circumagitando. ex περὶ & τρέφω, *idem quod* πήγνυμι. ut *Odyſſ.* Ξ. 477. σακέεσσι περιτρέφετο κρύσταλλος· *ſcutis circum accreſcebat glacies.*

Κυκάω, ῶ, miſceo, liquores miſceo, confundo, turbo, perturbo.

v. 905.

Ἕσσε, induit. aor. 1. ind. Act. *Poët.* pro ἕσε, v. ἕω, *inuſit.* pro ἕννυμι, induo.

v. 909.

Παύσασαι — Ἄρην ἀνδροκτ. Poſtquam repreſſiſſent — Martem a virorum cædibus.

Ἀνδροκτασία, ας, ἡ, *Jon.* ιη, ιης, cædes virorum, homicidium. ex ἀνὴρ, & κτείνω, interficio, occido.



IN Z. ILIADIS.

V. 1.

Ὀιώθη, destituta est. (*scil.* Deorum præsentia.) ab οιόω, ῶ, desolo, destituo, solum facio. ab οἶος, solus.

V. 2.

Πολλὰ, *adv.* pro πολὺ, *aliquando* pro πολλάκις, sæpe.

Ἔθυσε μάχη, propendebat *seu* prorupit impetus prælii.

V. 3.

Ἀλλήλων ἰθυνομένων, *Copiis* in se invicem dirigentibus.

V. 5.

Πρῶτος] Nempe, *post* Junonis & Minervæ discessum.

V. 6.

Φόως] Φῶς, χαρὰν, σωτηρίαν. *Schol.*

Ἔθηκεν, attulit.

V. 9.

Τόν ῥ'] *Hunc utique*, *Hunc scilicet.* Vide supra ad E, 858. CLARK.

V. 12.

Πέφνω, occido, interficio. a φένω, *idem.*

V. 15.

Φιλέεσκεν] ἐξένιζεν.

Ὀδῷ ἔπι] ἐφ' ὀδῷ, παρ' ὀδῷ. ad *seu* juxta viam.

Οἰκία ναίων, ædes habitans.

V. 16.

Ἀρκέω, ῶ, *h. l.* averto, arceo, propulso. οἱ — ἤρκεσε, ab eo — arcuit.

V. 17.

Ὑπαντιάω, & άζω, obviam prodeo, alicui occurro, subsidio veniens, subvenio; *vel* ante aliquem prodeo, ad eum protegendum. ex ὑπὸ & ἀντιάω, obviam eo *vel* venio, occurro.

Ἀπηύρα] *Diomedes.*

V. 19.

Ὑφηνίοχος, ου, ὁ, administer aurigæ: auriga. ex ὑπὸ & ἡνίοχος, ου, ὁ, auriga.

Ἐδύτην] Ὅθεν καὶ Δύσις ῥίου, οἱόν τινος ἡλίου, ὁ θάνατος λέγεται. *Schol.* (subierunt.)

V. 24.

v. 24.

Πρεσβύταῖος γενεῇ, maximus natu.

Σκότιος, ία, ιον, tenebricoſus. *h. l.* ex occulto coitu & illegitimis nuptiis natus, obſcuris natalibus ortus, ſpurius, clandeſtinus. a σκότος, tenebræ.

v. 25.

Ποιμαίνων] *Bucolion.* paſtor. a ποιμαίνω, paſco.

Ὄεσσι *Jon.* & *Æol.* pro ὄϊσι. ab ὄϊς, ἡ, ovis.

Ἐπ' ὄεσσιν] ἐν τῷ τῶν προβάτων τόπῳ. *Schol.* (inter oves.)

Εὐνὴ, ῆς, ἡ, *h. l.* concubitus.

v. 26.

Ὑποκυσσαμένη, prægnans *vel* gravida facta. v. ὑποκύω, gravida fio. ex ὑπὸ & κύω, ſum prægnans: concipio.

v. 27.

Ὑπολύειν γυῖα, membra *vel* artus diſſolvere, *i. e.* vitam eripere, & cauſſam eſſe exitii.

v. 28.

Μηκιστηϊάδης] *Euryalus.* v. 20.

v. 34.

Ἐϋῤῥείτης, ȣ, ὁ, ἡ, pulcre fluens. ἐϋῤῥείταο, *Æol.* pro ἐϋῤῥείτȣ. ex εὖ, & ῥέω *vel* ῥείω, fluo.

v. 35.

Ἕλε, *h. l.* interfecit. ab αἱρέω.

v. 38.

Ζωὸς, ἡ, όν, vivus. a ζάω, vivo.

Ἕλε, *h. l.* cepit.

Ἀτυζομένω, pavore attoniti *fugientes.* v. ἀτύζω, terreo, metu percello. 2.) perturbo. 3.) obſtupefacio, ſtupore percello, attono.

v. 39.

Βλαφθέντε, impediti. v. βλάπτω, lædo, noceo, damno afficio. *item*, in itinere impedio.

Μυρίκινος, ίνη, ινον, myricinus, e myrica confectus. a μυρίκη, ης, ἡ, myrica: *arbor quædam*, ſeu *planta.*

Ἀγκύλος, η, ον, curvus, aduncus, tortuoſus.

Ἅρμα, ατος, τὸ, currus, vehiculum, quadrigæ.

v. 40.

Ἄξαντε, cum fregiſſent. v. ἄγνυμι, *ſeu* νω, frango.

Ἐν πρώτῳ ῥυμῷ, ad extremitatem temonis.

Ἐβήτην,

Ἐβήτην, contenderunt.

v. 41.

Φοβέοντο, fugiebant.

v. 42.

Τροχὸς, ȣ, ὁ, rota. a τρέχω, curro.

Ἐκκυλίω, evolvo, devolvo. ex ἐκ & κυλίω, volvo.

v. 45.

Λαβὼν γȣ́νων, complexus genua.

Ἐλλίσσετο, ſupplex orabat.

v. 47.

Ἐν ἀφνειȣ̃ πατρὸς *ſcil.* οἰκίᾳ, in divitis patris *domo.*

Κειμήλιον, quæque bona immobilia. *item*, quod in pretio magno habetur, munus pretioſum, quod dari ſolebat hoſpitibus, ut eſſet amoris & hoſpitii perpetuum monumentum & pignus, repoſitæ in theſauro pecuniæ. a Κεῖμαι, jaceo. 2.) poſitus ſum, ſitus ſum. 3.) repoſitus ſum.

v. 48.

Πολύκμητος, ȣ, ὁ, ἡ, multum elaboratus. *Ferrum* dicitur πολύκμητον, quod multis modis poteſt laborari & fabricari. *vel*, quod ad multos labores ſit idoneum. ex πολὺς, & κάματος, ȣ, ὁ, labor. *quod* a κάμνω, laboro.

v. 49.

Χαρίσαιτο, largiretur; largietur. a χαρίζομαι, largior: dono, munero.

v. 50.

Πεπύθοιτο, audiverit. *Jon.* pro πύθοιτο. aor. 2. opt. Med. v. πυνθάνομαι, audio, cognoſco.

v. 52.

Ἔμελλε — Δώσειν, Erat — Daturus.

v. 53.

Ὧι θεράποντι καταξέμεν, ſuo famulo deducendum.

v. 54.

Θέων, currens.

v. 55.

Τίη σὺ κήδεαι ἄυτως Ἀνδρῶν; Curnam tu ſollicitus es ita de *ſervandis* Hominibus? Cur parcis Hominibus?

v. 56.

v. 56.

Ἦ σοὶ ἄριστα πεποίηται Certe tibi optime res gesta est. *Vel*, An tibi optima facta sunt?] Acerba & gravis *Ironia*, quasi dicat: Tot bona a Trojanis accepisti, ut hoc beneficio eos compenses, scilicet. Pudeat te mollem & vecordem hominem erga eos commiseratione uti, a quibus tibi domi tot sunt illatæ injuriæ. Quin age & nulli parcatur, nostrisque manibus omnes concidant. Sic in fœdifragos hostes affectus est Agamemnon, qui in ipsis initiis mitior videbatur. Ita docet Poëta, eos commiserationem tuam non promereri, qui se perfide erga te gesserint, & quos, etiamsi illis peperceris, meliores & integriores facturus non es: imo id omnino necessarium est, tam nefanda scelera puniri, quod etiam sacris exemplis luculenter illustrari potest. Eos autem hostes intelligi par est, qui exteri sunt, & quibus nulla reverentiæ parte obstrictus es, quales sunt Reges & Magistratus tui: ab illorum enim cæde, etiam si cruenta tyrannide te opprimant, abstinendum est: quanquam scio aliter interdum usurpatum. Sed suis exemplis nostra sententia non destituitur, & in hanc partem procul dubio satius est peccare, (si peccare est, Magistratus tuos qualescunque revereri,) quam in illam. Licet igitur eorum perfidiam experiaris, at clementem erga illos te geras oportet, quod contra Menelaus intempestive usurpavit. SPOND.

Κατὰ οἶκον, domi.

v. 57.

Πρὸς *h. l.* per, *vel* a.

Αἰπὺς, εῖα, ὺ, *h. l. idem quod* χαλεπὸς καὶ σκληρὸς, durus & difficilis: *vel* gravis: *vel* certus.

v. 59.

Μηδ' ὅς φύγοι· ne is quidem effugiat.

v. 60.

Ἰλίου ἐξαπολοίατ', *Jon.* pro ἐξαπόλοιντο, ex Ilio funditus pereant. aor. 2. opt. Med. v. ἐξαπόλλυμι, funditus perdo.

Ἀκήδεστος, ου, ὁ, ἡ, infuneratus, insepultus, inhumatus. ex α priv. & κῆδος, εος, τὸ, exsequiæ, funus, parentalia.

rentalia. *Vel*, non curatus, neglectus, cujus nulla cura habetur. a κῆδος, cura, ſolicitudo.

Ἄφαντος, ε, ὁ, ἡ, ab adſpectu remotus, qui non videtur. *h. l.* cujus memoria nulla eſt, funditus extinctus. ex α priv. & Φαίνω.

Maximum honorem Græci ponebant in ſepultura. Unde γέρας θανόντων, *præmium defunctorum* ſubinde Homerus vocat. Quare Agamemnon non videtur ſibi gravius Trojanis imprecari, quam ut pereant ἀκήδεςοι καὶ ἄφαντοι, *inſepulti & inglorii.* Similiter Dido Æneæ apud *Virgilium, Æneid. VI. v, 620.*

Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena!

Et in ſummam contumeliam paſſim relicta hoſtium cadavera feris ac avibus devoranda. *Iliad. I. v. 4. ſq.* Quanquam etiam acceſſit ſuperſtitio, cenſentibus plerisque, inſepultorum animas orco prohibitas, incertis ſedibus divagari; quod queritur umbra Patrocli, Achilli apparens. *Iliad. XXIII. v. 7. ſqq.* Inde Ulyſſi manes evocanti primus occurrit Elpenor, funerationem contendens. *Odyſſ. XI. v. 72.* uti apud *Virg.* Palinurus *Æneid. VI. v. 365.* apud *Silium Lib. XIII. v. 465. coll. præcedd.* Appius. *Tertullianus de Anima Cap. LVI.* illud ab Homero cenſet confictum, *ut inſtantia funeris & honor corporum ſervetur, & mæror affectuum temperetur.* FEITH. *L. I. C. XV. §. V.*

v. 61.

Τρέπω, verto, converto. *h. l.* muto, immuto.

v. 62.

Αἴσιμος, ε, ὁ, ἡ, fatalis. *h. l.* juſtus, æquus, rectus. ab αἶσα, ης, ἡ, fatum.

Παρειπεῖν, monere, admonere. παρειπὼν, hortatus. ex παρὰ & εἰπεῖν, dicere.

v. 64.

Ἀνετράπετο, reſupinatus eſt: εἰς Ἰοπίσω ἔπεσεν ὕπτιος. v. ἀνατρέπω, ſubverto, everto, proſterno.

v. 65.

Λὰξ ἐν ςήθεσι βὰς, pede pectoribus impoſito.

Ἐκσπάω, ῶ, extraho, expello.

v. 66.

Ἐκέκλετο, hortabatur, (*Argivos.*) acclamabat, (*Argivis.*) imperf.

imperf. ind. v. κέκλομαι, acclamo: jubeo, hortor. a κέλομαι, *seu* καλέω.

v. 68.

Ἔναρα, ων, τὰ, ſpolia, arma interfectis detracta. ab ἐναίρω, occido: perdo, ſpolio.

Ἐπιβαλλόμενος, intentus, cupidus. ab ἐπιβάλλομαι, *quod cum Genit. aliquando ſignificat* cupio.

v. 70.

Κτείνωμεν — συλήσετε] Pulcherrime hic Senex, & ad perſonam convenientiſſime, ſe ipſum etiam adhuc eum exhibet, qui prælio utique committendo, non item prædæ diripiendæ interſit. Ut recte *Euſtathius*: Ὅρα ὅπως θαυμασίως ὁ γέρων, τοῦ μὲν καμάτου συνεφάπτεσθαι καὶ αὐτὸς θέλει, ὡς δηλοῖ τὸ Κτείνωμεν. — Τὸ δὲ κέρδος, ἴδιον ποιεῖται τῶν στρατιωτῶν. οὐ γὰρ συλήσομέν φησιν, ἀλλὰ συλήσετε. CLARK.

Τὰ ἕκηλοι, his otioſi.

v. 71.

Νεκροὺς τεθνειῶτας (præt. part. Act. *Bœot.* & *Jon.* pro τεθνηκότας.) Corpora mortua.

v. 66. — 71.

Homerici Heroes, cum primum victoriam de quodam adverſario reportaſſent, arma ſine mora ei detrahebant; cujus rei exempla æque frequenter ac ipſorum certamina occurrunt. Utut autem iſtud vulgare fuerit magnis ducibus, qui curru vecti prælium inibant, & ad certamen ſingulare cum viris ſuæ conditionis deſcendebant; nihilominus militibus gregariis talia raro permittebantur, ſed prælio finito exuvias mortuorum convectabant: ſi ab illis manus non abſtinerent, cenſebantur diſciplinæ expertes atque ignari. nominatim hac de re Græcos *h. l.* monet Neſtor.

Eandem viam poſtea inſtiterunt; nam ſimul ac pugnæ impoſitus finis, ad cadavera hoſtium ſpolianda atque diripienda irruebant: ſolis Lacedæmoniis vetitum fuit, ne iis, quos devicerant, ſpolia detraherent, juxta *Ælianum Var. Hiſt. Lib. VI. Cap. VI.* hujusce interdicti cauſam rogatus Cleomenes reſpondit ex *Plutarcho in Apophthegm. Laconicis*: *Quia timidorum ſpolia Diis dicari non conve-*

convenirei, iisque locupletari virum Lacedæmonium minime deceret. Verum hoc tantum prætexitur; cum pluribus exemplis probari possit, ipsos partem exuviarum Diis consecrasse: forte hujus interdicti vera ratio deducenda est ex natura suæ Reipublicæ, juxta quam æquabilitas juris apud ipsos omnino servata, nihilque severius vetitum, magisve contrarium ipsimet constitutioni sui regiminis, quam acquirere aut possidere amplas facultates; quapropter, ut impedirent quo minus in manubias manum injicerent milites, ab ipsis trecenti viri semper delegati erant, qui observarent, quemadmodum unusquisque militum se gereret, & ex legibus in reos animadverterent: teste *Eustathio* ad *h. l.* POTT. *Tom. II. p.* 88. *sq.*

v. 74.

Εἰσανέβησαν, conscendissent, se recepissent (*in Ilium.*)

Ἀνάλκεια, ας, ἡ, impotentia. 2.) ignavia, timiditas. ab ἄναλκις, ιδος, ὁ, ἡ, impotens.

v. 75.

Εἶπε, dixisset.

v. 77.

Υ̓́μμι, vobis. dat. plur. *Æol.* pro ὑμῖν.

v. 78.

Ἐγκέκλιται, incumbit. v. ἐγκλίνω, inclino.

v. 79.

Ἰθὺς, ύος, ἡ, impetus: conatus. ab ἰθύω, recta feror: impetu feror.

Ἄριστοι μάχεσθαί τε φρονέειν τε· præstantissimi ad pugnandumque & ad consulendum. Infinit. post Adjectivum habet significationem gerundii in *dum.*

v. 83.

Ἐποτρύνητον, cohortati fueritis. v. ἐποτρύνω, instigo, excito, incito, impello. ex ἐπὶ & ὀτρύνω, *idem.*

v. 84.

Αὖθι, *h. l.* hic.

v. 85.

Καὶ μάλα τειρόμενοί περ· quamvis valde pressi.

v. 86.

Πόλινδε μετέρχεο, urbem adi.

v. 87.

v. 87.

Γεραιὰ, ᾶς, ἡ, anus. *h. l.* matrona. a γεραιὸς, ὁ, senex : honoratus.

v. 88.

Omnes turres arcesque Minervæ consecratæ erant; atque hanc ob causam *Catullo* vocatur

Diva tenens in summis urbibus arces.

Idemque *in hunc* Homeri *locum* observavit *Eustathius*; cum Minervæ templum in Trojana arce fuisse memorat.

In latissima amœnissimaque planitie & in excelsæ rupis summitate sita fuit : ut enim modo citatus Auctor observat ad *Iliad.* Δ. primis urbium conditoribus per hæc tempora in more positum fuit, ut in rupium præcipitiis excelsisque montium earum fundamenta jacerent, eum scil. in finem, partim ut valide se adversus invadere conaturos tueri possent; partim in primis, quoniam eorum ope se tutos fore sperarent ab inundationibus, quibus tunc temporis admodum sibi metuebant : earum enim deplorandos effectus & audiverant, & sub Ogyge & Deucalione fuerant experti. Aucto deinde Athenis incolarum numero, ædificiis repleta tota planities fuit, & a situ ἡ κάτω πόλις sive *urbs inferior*, sicuti Cecropia ἡ ἄνω πόλις, vel Ἀκρόπολις, sive *superior urbs*, dicta. POTT. *Tom. I. p.* 26. 27. adde FEITH. *L. I. C. IV.* §. *IV.*

v. 89.

Οἴξασα, aperiens. ab οἴγω, aperio.

v. 90.

Ὅς οἱ δοκέει, quod sibi videtur.

Quo Græci Deos facilius exorarent, *munera* se daturos *pollicebantur.* Sic Theano, cum aliis matronis Trojanis Minervam precata, offert peplum & simul promittit duodecim boves salute parta immolandos. Eidem Nestor pro incolumi ad Græcos reditu novem tauros vovet. Vid. *Odyss. III. v.* 382. Simili ratione Æneas supplicans Veneri, *Æneid I. v.* 338.

Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.

Et *Æneid. V. v.* 236.

Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Constituam ante aras, voti reus.

Hæc nimirum Latinis proprie *Vota* dicta, quæ cum precibus ut plurimum conjuncta, a Græcis una eademque Εὐχῆς voce exprimuntur. His usi Græci ut & Romani aliique populi apud quosvis Auctores leguntur; præsertim, cum in graviori aliquo discrimine versarentur. Unde *Scholiastes Homeri*: Δυστυχίας ἐπίτασις καὶ σωτηρίας ἀπόγνωσις εὐχὴ θεῶν· *Calamitatis expositione & desperatæ caussæ cognitione, vota ad Deos absolvuntur.* Et *Plinius Hist. Nat. Lib. VIII. Cap. XVI. Tum præcipuus votorum locus est, cum spei nullus est.* FEITH. *L. I. C. VII.* §. *III.*

V. 92.

Ἐπὶ γούνασιν] *Ad genua*, vel *in genibus*, pro eo ut *Minervæ* statua vel *stantis* erat, vel *sedentis.* CLARK.

Celeb. KYPKE *Observ. S. Tom. I. ad Luc. XXI.* 5. Derivo, *inquit*: vocem ἀνάθημα ab ἀνατιθέναι, *imponere*, & respiciendum esse opinor ad morem vetustissimum, quo *dona*, quæ Diis dicabantur, genibus simulacrorum imponi solebant. Sic apud *Hom.* mater Hectoris jubetur, peplum pretiosissimum, ut munusculum aliquod: θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο, *Minervæ pulcricomæ genibus imponere.* Hoc enim sic explicari debere, docet *Strabo Lib. XIII.* Quippe non solum vetus Palladium, sed & multa alia Deorum simulacra olim sedentia efficta erant, quod partim ipse *Strabo ibidem* testatur, & *Casaubonus in notis* probat, partim etiam ex phrasi *Homero* familiari apparet, qua ea, *quæ in potestate Deorum sunt*, θεῶν ἐν γούνασι κεῖσθαι asserit, quæ phrasis e. gr. *Odyss. A. v.* 267. & *alibi* occurrit.

V. 94.

Ἦνις, ιος, ἡ, annicula. *pro* ἔνις. ab ἔνος, annus.

Ἤκεστος, έστη, εστον, stimulo nondum domitus, stimulum nondum expertus: jugum non passus. ex η pro α priv. & κεντέω, stimulo, pungo.

Ἱερευσέμεν, *se* sacrificaturam. v. ἱερεύω, sacrifico.

V. 96.

Ἀπόσχῃ *seq. Genit.* averterit ab — aor. 2. subj. Act. v. ἀπέχω, abstineo. *h. l.* averto.

V. 97.

v. 97.

Μήςωρα φόβοιο, artificem fugandi *hostes*. *Schol.* τὸν δυνάμενον φυγὴν μήσασθαι τοῖς ἐναντίοις, ὅ ἐστιν, ἐργάσασθαι.

v. 99.

Ὧδε, *h. l.* sic.

Ἐδείδιμεν, timueramus. pro ἐδειδίειμεν. plusq. perf. Med. v. δείδω, timeo.

Οὐδ' Ἀχιλῆά ποθ' ὧδέ γ'] Notandum, quanto cum artificio & hic & ubique inseratur *Achilles*, ut Poëma unum sit a capite ad calcem. CLARK.

v. 100.

Θεᾶς ἐξέμμεναι, e Dea *natum* esse.

v. 101.

Μένος ἰσοφαρίζειν, viribus par esse; ἰσοφαρίζω, æquo, adæquo, æquiparo. *quasi* ἰσοφερίζω, ab ἴσος, æqualis, par: & φέρω, fero.

v. 107.

Ὑποχωρέω, ῶ, sensim recedo, clam me subduco, pedem refero. 2.) decedo, cedo, discedo. ex ὑπὸ & χωρέω, vado, eo.

Λῆξαν (*Jon.* pro ἔληξαν) φόνοιο, desierunt a cæde.

v. 108.

Φὰν, existimarunt, putarunt. *Jonica augmenti detractione* pro ἔφαν, & hoc *Bæotica Syncope* pro ἔφασαν. imperf. *vel* ἔφησαν, aor. 2. v. φημί.

v. 109.

Ἀλεξήσοντα, auxiliaturum. v. ἀλέξω, auxilior.

Κατελθέμεν, descendisse. v. κατέρχομαι, descendo.

Ὡς ἐλέλιχθεν, *eo quod* ita conversi essent. *Jon.* pro ἐλελίχθησαν.

v. 112.

Ἀνέρες ἐστὲ, Viri estote, Viros vos præstatote.

v. 113.

Ὄφρα, *h. l.* *Tantisper* dum.

Βείω, ivero. aor. 2. subj. *Poët.* pro βῶ, v. βαίνω, eo.

v. 114.

Βουλευτὴς, οῦ, ὁ, consultor, consiliarius, senator. a βουλεύω, consulto, delibero.

v. 117.

Ἀμφὶ δέ μιν σφυρὰ τύπτε καὶ αὐχένα] Hectorem *incedentem* ita depingunt hi duo versiculi, ut tanquam ob oculos ponant. CLARK. Versus alter Ἄντυξ &c. additur per ἐπεξήγησιν, ut intelligatur . quid sit δέρμα κελαινὸν, nempe circulus ambiens clypeum, qui circulus est corii, quo inductus est clypeus. Ἄντυγα circulum in sedili currus habuimus supra *E.* 262. ERN.

Δέρμα, ατος, τὸ, pellis, cutis, corium. a δέρω, excorio, pellem detraho.

v. 118.

Θέεν, ambiebat, currebat circa —

v. 120.

Ἀμφοτέρων, amborum, utriusque aciei.

Συνίτην, congrediebantur. 3. dual. imperf. v. σύνειμι, coëo, ad arma coëo, congredior.

v. 123.

Φέριστος, ου, ὁ, optimus: fortissimus. *Superl.* a φέρω.

Καταθνητὸς, ἡ, ὸν, mortalis. ex κατὰ & θνητὸς, *idem.*

v. 125.

Τὸ πρὶν, antehac.

Προβαίνω, *cum Genit.* anteeo, præcedo. 2.) anteeo, *i. e.* antecello, supero.

v. 127.

Δύστηνος, ου, ὁ, ἡ, infelix, miser, ærumnosus, perditus. ex δὺς & στένω, gemo: *qui multum suspirat.* Aut, secundum alios, a στῆναι, aor. 2. infin. v. ἵστημι, ut sit: *qui vix locum invenire potest, ubi consistat.*

v. 128.

Κατὰ *h. l. cum Genit.* de.

v. 130.

Οὐδὲ γὰρ, non enim.

v. 131.

Δὴν ἦν, diu vixit.

v. 132.

Διώνυσος, ου, ὁ, Dionysus, Bacchus.

Τιθήνη, ης, ἡ, nutrix. a τιθὴ, ῆς, *idem.* quod a τιτθὸς, οῦ, ὁ, mamma, mamilla.

v. 133.

v. 133.

Ζεὺς] ἐδίωκεν.

v. 134.

Θύσθλα, ων, τὰ, vitis folia seu rami cum fructu appenso. 2.) virgæ bacchicæ, thyrsi, qui in bacchanalibus portabantur. 3.) folia ficus, quæ altaribus imponebantur. a θύω, sacrifico.

Κατέχευαν, projecerunt.

v. 135.

Θείνω, ferio, percutio.

Βουπλὴξ, ῆγος, ὁ, stimulus, quo boves punguntur, *quasi βοῦς πλήττων. Didymus* (ut *Coulon* annotat,) explicat βουπλῆγι, *securi*, quia boves securi cæduntur. Potest significare *scutica*, quia fit ex bubula pelle. a πλήσσω, percutio, & βοῦς.

Φοβηθεὶς, fugatus.

v. 136.

Δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα, subiit maris undam.

v. 137.

Κρατερὸς ἔχε τρόμος, vehemens *ipsum* tenebat tremor. Ita Marc. XVI. 8. Εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος.

Ὁμοκλὴ, ῆς, ἡ, exhortatio cum vociferatione, increpatio & comminatio. a κέλω, *usitatius* κέλομαι, jubeo, hortor.

v. 138.

Ὀδύζομαι, *potius* ὀδύσσω, succenseo, irascor. Usurpatur tantum in aor. 1. Med. apud Poëtas. ex ὀδύνη: *nam ira est dolor quidam, aut ex eo oritur.*

Ῥεῖα, quiete, tranquille. *h. l.* pro ῥέα. ex ῥέω, fluo. *quia quæ facilia sunt, quasi fluere videntur.*

v. 139.

Ἔθηκε, *h. l.* fecit.

v. 143.

Πεῖραρ, *sive* πεῖρας, ατος, τὸ, finis, terminus. a πέρας, *idem.*

Ἵκηαι, pervenias ad — aor. 2. subj. Med. *Jon.* pro ἵκῃ, v. ἱκνέομαι, venio, advenio, pervenio.

v. 145.

Γενεὴ, ῆς, genus, origo. *Jon.* pro γενεά.

 v. 146.

v. 146.

Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν· κ. τ. λ.

Qualis foliorum generatio, talis & hominum. &c.

Glaucus répond ici à Diomede en homme peu entêté de la naiſſance, & perſuadé que les hommes ne ſont eſtimables que par leurs actions, qu'ils ſont les fils de leurs actions, & c'eſt une verité conſtante. Au reſte, la comparaiſon dont Homere ſe ſert ici, eſt conſacrée dans nos livres ſaints, elle eſt toute entiere dans l'Ecclesiaſtique XIV. 18. *Sicut folium fructificans in arbore viridi, alia generantur, & alia dejiciuntur, ſic generatio carnis & ſanguinis, alia finitur, & alia naſcitur.* DAC.

v. 147.

Χαμάδις, *adv.* humi, in terram.

v. 148.

Τηλεθόωσα, ἡ, valde vireſcens, *ſeu* germinans, luxurians. *Bœot.* pro θηλεθῶσα. a τηλεθάω, germino, pullulo, vireſco. quod a θηλέω. hoc vero a θάλλω, *idem.*

Ἔαρ, ρος, τὸ, ver. Ἔαρος ὥρῃ, veris tempore.

Ἐπιγίγνομαι, *vel* ἐπιγίνομαι, ſuccreſco.

v. 149.

Φύω, naſcor.) (ἀπολήγω, deſino.

v. 150.

Δαήμεναι, diſcere. *Dor.* pro δαῆναι, ab ἐδάην, aor. 2. v. δαίω, diſco.

v. 152.

Μυχὸς, ȣ, ὁ, receſſus, locus abditus, penetrale.

v. 153.

Κέρδιςος, prudentiſſimus: συνετώτατος. *Schol.*

v. 155.

Ἀμύμονα] *Inſignem*, non utique ad *omnem* virtutem, (vide *v.* 200.) ſed — κάλλος τε καὶ ἠνορέην ἐρατεινήν· Item ad caſtitatem, *v.* 161. CLARK.

v. 156.

Ἠνορέην ἐρατεινὴν] Virtutem in bello, non ſævam & ferocientem, ſed cum humanitate conjunctam. IDEM.

Ἠνορέα, ας, *vel* έη, ης, ἡ, virilitas, virtus. ab ἀνήρ.

v. 157.

Ὀπάζω, *h. l.* præbeo. *propr.* perſequor: comitem do.

Ἐμήσατο,

Ἐμήσατο, molitus eſt. a μήδομαι, molior, ſtruo.

v. 158.

Ὅς ῥ'] *Qui utique. Qui ſcilicet.* Vide ſupra ad *E.* 858. CLARK.

Ἐκ δήμου ἔλασσεν, e civitate expulit.

Πολὺ φέρτερος,] *Proetus* videlicet.

v. 159.

Ζεὺς γάρ οἱ] Ζεὺς γὰρ τῷ Προίτῳ τοὺς Ἀργείους ὑπέταξεν. *Schol.*

v. 160.

Τῷ δὲ] Iſtud, τῷ δὲ, hoc in loco non illud eſt, quod Romani dicunt, *Huic autem*, ſed *Huic videlicet.* Indicat enim, quam demum ob cauſam *Bellerophonta* expulerit *Proetus.* CLARK.

Ἐπιμαίνομαι, inſanio ſuper aliqua re. *Metaph.* furioſe amo, *vel*, inſanio alicujus amore. ex ἐπὶ & μαίνομαι.

Δῖ' Ἄντεια] Εἰρωνικῶς, inquit *Scholiaſtes.* At nihil opus. Δῖος enim dicitur quis, non ad *probitatem morum*, ſed ad *pulchritudinem*, *nobilitatem*, aut ſimilia. CLARK.

v. 162.

Ἀγαθὰ φρονέων, honeſta ſapiens, bona mente præditus.

v. 164.

Τεθναίης, moriendum tibi ſtatue; moriaris; morieris. præſ. opt. ab *inuſit.* τέθνημι, quod a θνήσκω, morior.

Κάκτανε, interfice. aor. 2. imper. Act. *per Sync.* pro κατάκτανε, v. κατακτείνω, occido.

v. 166.

Οἷον ἄκουσε, ut audivit, eo quod *talia* audierat.

v. 167.

Ἀλεείνω, *h. l.* nolo.

Σεβάζομαι, *idem quod* σέβομαι, colo, veneror, religioſe admiror. *item*, vereor. a σέβω, *idem.* σεβάσσατο τόγε θυμῷ *ſecundum quosdam* pro ἀσεβὲς ἡγήσατο, id irreligioſum, *aut* non tutum putavit. *Secundum alios*, religioſum id ei fuit, religioni id habuit.

v. 168.

Σήματα λυγρὰ, litteras pernicioſas.

 v. 169.

v. 169.

Πίναξ, ακος, ὁ, tabula, *h. l.* tabella ſcriptoria, codex, libellus.

Πτυκτὸς, ἡ, ὸν, plicatus, complicatus. a πτύσσω, plico, complico.

Θυμοφθόρος, ϰ, ὁ, ἡ, animum labefactans, perdens, corrumpens; exitioſus, exitialis. ex θυμὸς, & φθείρω.

Antia, ſive Sthenobea, ut alii vocant, Proeti Argivorum regis uxor hoſpitem Bellerophontem, ut ſecum concumberet, invitavit. Cum autem prudens & caſtus vir abnuiſſet, ſcelus ſcelere cumulans impudica fœmina, quaſi adulterii reum ad maritum defert, non quod ſibi ſtuprum revera intuliſſet, ſed quod inferre tentaſſet. Verita enim eſt, ut Bellerophon ejus criminis nomine illam prior apud Proetum inſimularet. Sic & Phædra Theſei uxor Hippolytum privignum ſuum falſo accuſavit, & Creteis ſive Hippolyte uxor Acaſti Pelium, & uxor Potipharis Joſephum in Ægypto. Ut enim peſſima ſunt mulierum ingenia; amorem, ſi repellantur, vertunt in rabiem, nec odia exaturant, niſi eum, qui ſe rejecit, teterrime ultæ fuerint. Proetus autem uxoris dicto fidem habens, cum nollet ipſe apud ſe hoſpitem interficere, miſit ad ſocerum ſuum Jobatam regem Lyciæ cum ſcripta tabula, in qua commemorato Bellerophontis ſcelere petebat, ut quo vellet modo neci traderet. Ille vero Chimæræ, Solymorum & Amazonum periculis objecit, ut periret, qui tamen ex omnibus victor evaſit. Ubi igitur hæc Homerus narrat, ait, Proetum præbuiſſe triſtia ſigna Bellerophonti, & multa exitialia in tabula plicata ſcripſiſſe.

Putat *Euſtathius*, has Proeti tabulas ſignis, quæ vocant hieroglyphica, fuiſſe inſcriptas, ex quibus Jobatas diſceret & Bellerophontis ſcelus, & vindictam, qua erat puniendus. Sed hujus interpretis ſententiæ non ſubſcribit *Daceria*. Nam Bellerophontem Cadmo, qui litteras in Græciam tulit, fuiſſe poſteriorem, extra controverſiam poſitum eſt. Nec obſtat, quod Homerus dixerit σήματα; litteræ enim ſunt notæ ac ſigna eorum, quæ mens cogitat. Quod adeo verum eſt, ut litteras vocaverint

Φοινικ-

— — Φοινικικὰ σήματα Κάδμου,
— — *Cadmi Phoenicia signa.*
Quare luculentum videtur hoc esse testimonium epistolæ, veris litteris antiquissimo tempore scriptæ. RICC. *Dissert. Hom. Tom. III. p.* 264. 265.

v. 170.

Ὦι πενθερῷ, suo socero, *scil.* Jobatæ.
Πενθερὸς, οῦ, ὁ, socer, uxoris pater.

v. 171.

Πομπὴ, ῆς, ἡ, missio, missus. 2.) impulsus, instinctus. 3.) deductio, qua transmittendum aut transvehendum curamus eum, qui nobiscum aliquamdiu est versatus. 4.) pompa, *i. e.* solennis apparatus & spectaculum solenne, in modum triumphi. Θεῶν ὑπ' ἀμύμονι πομπῇ· Deorum sub fausto comitatu, fausto ductu. a πέμπω.

v. 177.

Ὅ, τι ῥα] *Quod scilicet.* Vide supra ad *E.* 858. CLARK.
Γαμβρὸς, οῦ, *h. l.* gener.
Φέροιτο, ferret.

v. 179.

Χίμαιρα, ας, ἡ, Chimæra, monstrosa quædam bestia, quæ e tribus diversi generis animalibus composita fuit, cujus caput & pectus, vertex scil. erat leonis, ignemque ex ore efflabat, venter erat capræ, cauda vero draconis. a χίμαρος, ου, ὁ, caper. *unde* χίμαιρα, ας, ἡ, capra. Vid. *Dictionnaire Poëtique portatif.* (à Paris 1759.) *p.* 111. *sq.*
Ἀμαιμάκετος, ου, ὁ, ἡ, inexpugnabilis, indomitus, insuperabilis, invictus.

v. 180.

Πεφνέμεν, interficere. pro πεφνεῖν. v. πέφνω, pro φένω, interimo.
Θεῖον γένος] ἄγαν φοβερὸν, τερατικὸν, καὶ ὑπερφυές. *Schol.*

v. 182.

Πυρὸς μένος; ignis. Vid. FISCH. *Animadv. p.* 295.
Αἴθομαι, ardeo.

v. 183.

Πιθέω, *h. l.* fretus sum, confido. a πείθω.

v. 185.

Καρτίστην — μάχην — δύμεναι — Acerrimam — pugnam — *se* iniisse —

v. 187.

Ὑφαίνω, *h. l.* ſtruo.

v. 188.

Κρίνω, *h. l.* deligo.

v. 189.

Εἷσε λόχον, collocavit inſidias.

v. 191.

Ὅτε δὴ γίγνωσκε] Ex *virtute* ſcilicet & *rebus geſtis*.

Θεοῦ γόνον ἠὺν ἐόντα, *hunc* Dei ſobolem præclaram eſſe.

v. 192.

Κατερύκω, detineo, inhibeo, remoror. ex κατὰ & ἐρύκω, inhibeo, contineo, impedio.

Ὅγε] Non *Proetus*, ſed Rex Lyciæ *Proeti* ſocer.

v. 193.

Βασιληΐς, ΐδος, regia. Adject. fœmin. derivatur a βασίλειος, regius: quod *Dialyſi Jonica* fit βασιλήϊος. a βασιλεύς.

v. 194.

Τέμνω, *h. l.* do, aſſigno, partior.

Ἔξοχον ἄλλων, præſtantem ceteris.

v. 195.

Φυταλιά, ᾶς, ἡ, terra plantas ſeu ſtirpes ferens, locus arboribus conſitus. *item*, hortus, vinea, olivetum. Φυταλιῆς] δενδροφόρου γῆς, ἡ ἀμπελοφόρου. a Φυτὸν, οῦ, planta, germen, arbor, ſtirps.

Ἀρούρης] σποϱίμου γῆς, καὶ σιτοφόρου. *Schol.*

Νέμομαι, *h. l.* colo.

v. 200.

Ὅτε δὴ κ'ἀκεῖνος] *Quum & ipſe Bellerophon.* Ceterum *cujus* demum *criminis* pœnas lueret *Bellerophon*, id vero non meminit *Glaucus*, ne genus ſuum dedecoraret: ut recte annotavit *Popius*. CLARK.

v. 201.

Καππεδίον] κατὰ τὸ πεδίον Ἀλήϊον· Οὕτω πεδίον τῆς Κιλικίας καλούμενον ἀπὸ τῆς τοῦ Βελλεροφόντου ἄλης, τουτέστι, πλάνης. *Schol.*

v. 202.

Κατέδω, comedo, conſumo.

Πάτος, ου, ὁ, calcata *ſeu* trita via. *h. l.* conſuetudo; conſortium.

v. 203.

v. 203.

'Οι] αὐτῷ. Γενικὴ Ἑβραϊκή. *Schol.*

v. 205.

Τὴν δὲ] *Laodameam.*

Χρυσήνιος, ου, ὁ, ἡ, aureas habens habenas. ex χρυσὸς, & ἡνία, habena. Omnia apud Hom. quæ in pretio habentur, & honore Deorum, dicuntur aurea.

Ἔκτα, occidit. aor. 2. ind. Act. *Dor.* pro ἔκτη, v. κτῆμι, occido.

Dianæ tribuebatur subita mors mulierum; hinc Glaucus verba faciens de Hippodamia: Τὴν δὲ κ. τ. λ. POTT. *Tom. II. p.* 142.

v. 208.

Ἀριστεύω, fortissime me gero: strenuum me præsto: fortiter facio. ab ἄριστος, optimus, præstantissimus, fortissimus.

Ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, superiorem virtute esse aliis. ὑπείροχος, ου, ὁ, ἡ, eminens, excellens, superior. ab ὑπειρέχω, *pro* ὑπερέχω, emineo. Vide ad Β. 426.

v. 209.

Αἰσχύνω, pudefacio, pudere facio. *h. l.* dedecoro, dedecore adficio, infamo. αἰσχυνέμεν *pro* εἶν. ab αἰσχύνη, ης, pudor: dedecus.

Μέγ' ἄριστοι, longe optimi, quam fortissimi. Πολλὸν, ἔχα, πολὺ, μέγα, & similes voces interdum, intendendi gratia, Superlativis præponuntur. POSS. *Synt. p.* 39. *sq.*

v. 213.

Καταπήγνυμι, ύω, defigo, depango.

v. 218.

Ξεινήϊον, *pro* ξένιον, ου, τὸ, munus quod datur hospiti, munus hospitale, xenium. a ξένος, ου, ὁ, peregrinus, hospes.

v. 219.

Φοίνικι, puniceo colore, purpura. Vid. ad Δ. 141.

v. 221.

Ἰὼν, proficiscens, cum *huc* proficiscerer.

v. 222.

Τυτθὸς, ἡ, ὸν, parvulus.

v. 223.

Κάλλιφ', reliquit. *per Apostroph.* pro κάλλιπε, *ob se-*

quentem

quentem aspiratam. hoc autem pro καλλιπε, *Æol. Sync.* aor. 2. v. καταλείπω, relinquo.

v. 224.

Τῷ] διό.

v. 225.

Ὅτε κεν τῶν δῆμον ἵκωμαι. si quando eam (*scil.* Lyciorum) ad gentem venero.

v. 215. —

Carebant antiquiores Græci, ut & Romani, publicis, qualia hodie apud nos exstant, *diversoriis*. Quod si foras proficiscebantur, in amicorum ædes se recipiebant; quibuscum illis intercedebat hospitii jus: ut infinitis pene Scriptorum testimoniis comprobatur. Et quidem *hac necessitudo* jam inde a majoribus *apud homines societate junctos observabatur*: sicut videre est in Glauco & Diomede, qui audito alter alterius nomine ob hospitii inter majores jus a pugna destiterunt. — Ita *Odyss. I. v.* 187. Minerva præ se ferens Mentæ filium, ait Telemacho:

Ξεῖνοι δ' ἀλλήλων πατρώϊοι εὐχόμεθ' εἶναι·

Hospites autem paternos nos invicem esse profitemur.

Nestoris quoque filius & Telemachus dicti hospites

Ἐκ πατέρων φιλότητος·

Ex patrum amicitia.

Odyss. XV. v. 197. Ea de causa antiqui moris fuit, tesseram utrinque habere dimidiatam, quam qui ad hospitem attulisset, continuo posset agnosci, & excipi hospitio contractæ necessitudinis. Σύμβολον Græci vocarunt. FEITH. L. III. C. XII. §. II. add. POTT. *Tom. II. p.* 352. *sq.*

v. 226.

Ἔγχεσι ἀλλήλων ἀλεώμεθα, hastas mutuas evitemus, hastis alter alterum *petere* vitemus.

v. 228.

Κτείνειν, *quorum* occidam.

Πόρῃ, obtulerit, præbuerit.

v. 229.

Ἐναιρέμεν, *quorum* interficias.

Δύνηαι, possis: poteris. præs. subj. *Jon.* pro δύνῃ.

v. 230.

'Αλλήλοις, inter nos.

'Επαμείβω, ομαι, permuto: alterno. ex ἐπὶ & ἀμείβω, muto.

v. 232.

Καθ' ἵππων ἀΐξαντε, de curribus desilientes, ab equis descendentes.

v. 233.

Λαβέτην, prehenderunt. 3. dual. aor. 2. ind. Act.

Πιςόω, ῶ, fidem exigo. πιςόομαι, ῦμαι, fidem do. *Sed apud Hom. in Media voce significat* fidem dare & excipere, *ut h. l.* πιςώσαντο, *i. e.* πίςεις ἐποιήσαντο ἀλλήλοις, ἐδεξιώσαντο, ἠσπάσαντο, fidem mutuam dederunt. a πίςις, εως, ἡ, fides.

Dextra fidei symbolum ac arrha veteribus habita, ut ex Glauci ac Diomedis sponsione mutua liquet. Inde Achilles *Lib. XXIV. v. 672.* ut confirmaret securitatem Priamo,

"Ελλαβε δεξιτερὴν, μήπως δείσῃ ἐνὶ θυμῷ·

Prehendit dextram, ne forte timeret in animo.

FEITH. *L. IV. C. XVII. §. IV.*

v. 234.

"Ενθ' αὖτε, tum vero.

Φρένας ἐξέλετο Ζεὺς] Semper apud Homerum ἐξέλετο est *ademit:* quod hic quoque intelligendum. ERN.

v. 235.

Πρὸς, *h. l.* cum.

"Αμειβε, permutavit. Vid. ad *A.* 84.

v. 236.

'Εκατόμβοιος. Vid. ad *B.* 449.

'Εννεάβοιος, ε, ὁ, ἡ, novem boum, *sive* ejus nominis nummorum pretium valens. ex ἐννέα, & βῦς, bos.

Etiam *nummorum* in commerciis *usum* fuisse, ex Homero videtur colligi; cum meminit ἑκατομβοίων, *centum boves valentium*, uti in permutatione armorum Glauci & Diomedis:

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων·

Aurea æneis, centum boves valentia novem boves valentibus.

Scholiastes enim ait, *nomismata fuisse, quæ ex veteri ritu ab una parte haberent bovis imaginem, ab altera regis. Pollux* vero *Lib. IX. Cap. VI.* etiam scribit, *Atheniensibus fuisse antiquitus nomisma, quod* Βῦς, Bos, *vocaretur*, ὅτι βῦν εἶχεν ἐντετυπωμένον, *eo quod bovem insculptum haberet; idque ab* Homero *intellectum plerisque censeri.* Additque, *in Draconis legibus esse repertum* δεκάβοιον, *decaboeum*, & ἐν τῇ παρὰ Δηλίοις θεωρίᾳ, *in Deli profectione præconem inclamare solitum, cum donum aliquod conferebatur*, ὅτι δοθήσονται αὐτῷ τοσῦτοι βόες· καὶ δίδοσθαι καθ' ἕκαστον βῦν δύο δραχμὰς Ἀττικάς· *tot illi tradentur boves: & dari pro singulis bobus binas drachmas Atticas*; ut proinde Βῦς, Bos, valuerit didrachmum. Sed enim *Plutarchus* quoque *in Theseo* ait, *hunc cudisse primum nummum bovis figura, vel ob Marathonium taurum, vel ob memoriam ducis Minois, vel quod ad agriculturam cives vellet vocare.* A quo nummo & nomen ἑκατόμβοιον, *pretium centum boum*, & δεκάβοιον *decem boum pretium* eidem deductum. FEITH. *L. II. C. X.* §. *III.*

V. 237.

Σκαιάς] Σκαιαὶ πύλαι τῆς Ἰλίυ, ὗτω καλύμεναι. *Schol.*

V. 238.

Θέον, currebant.

V. 239.

Εἰρόμεναι, percontantes de — εἴρομαι, interrogo.

Ἔτης, ῦ, ὁ, socius, amicus: civis.

V. 243.

Ξεστός, ἡ, όν, rasus, scalptus, dolatus. *vel*, radendo, scalpendo, dolando politus. a ξέω, scalpo, polio.

Αἴθυσα, ης, ἡ, porticus, testudo. ξεσταὶ αἴθυσαι *sunt* subdiales porticus ex politis lapidibus factæ, inquit *Eustath.* Dicitur vero αἴθυσα, in hac significatione, *quasi* αἰθομένη ὑπὸ τῦ ἡλίυ; quæ calefit, *aut* illustratur in sole: *vel* διὰ τὸ αἴθεσθαι ἐν αὐτῇ τῦ χειμῶνος, quod hieme calefiant homines in ea. Aliquando partic. est fœmin. ab αἴθω, uro.

Τετυγμένος, exstructus. præt. part. Pass. v. τεύχω, fabricor, paro. *nisi quis malit* a τύκω, paro.

V. 244.

Ἔνεσαν, inerant.

v. 245.

Πλησίοι ἀλλήλων, prope se invicem.

Δεδμημένος, ædificatus. præt. part. Pass. v. δέμω, quod legitur tantum in aor. 1. & præt. Pass. — *Est etiam* δεδμημένος, domitus, v. δαμνω, domo. *Il. K. v.* 2.

v. 246.

Μνηστή, ῆς, ἡ, sponsa, desponsata, nupta, uxor legitima. a μνηστέω, *idem quod* μνηστεύω, nuptias ambio, conjugium peto.

v. 247.

Ἑτέρωθεν ἐναντίοι, e regione oppositi.

Ἔνδοθεν, intra, ex interiore loco, intrinsecus. ab ἔνδον, *adv.* intus.

v. 248.

Τέγεος, *pro* τέγειος, ου, ὁ, ἡ, sub tecto: sublimis, altus. τέγεοι θάλαμοι, excelsi thalami, qui in superiori domus parte sunt super tecto; ut *Eustath.* vult. τέγεοι, *i. e.* ὑπερῷοι, *vel* qui multa tecta, & multas contignationes habent. a τέγος, εος, τὸ, tectum domus.

v. 242. —

Apud Græcos domus in duas partes dividebantur, in quibus viri & mulieres distincta domicilia tenebant: pars viris addicta ad domus januam sita erat, dicebaturque ἀνδρὼν vel ἀνδρωνῖτις: pars vero, quam mulieres incolebant, vocabatur γυναικὼν, γυναικωνίτης, vel γυναικωνῖτις, extrema autem in domo, & pone τὴν αὐλὴν, cui præposita erant πρόδομος & προαύλιον, fuit: seorsum & a filiabus, quæ in remotissima ædium parte habitabant, segregati collocantur *h. l.* Priami filii. Observatu dignum est, mulierum cubicula dici τεγέυς θαλάμυς, quia in supremis ædibus fuerunt; mulieres enim vulgo habitabant summa cubicula; (prout *Eustath.* in *h. l.* notat,) ut ab omni sodalitio secluderentur; unde in altissima parte domus fuisse dicitur Helenæ cubiculum, *Iliad.* Γ. *v.* 423. Penelope diversata est in simili cubiculo, quo ope κλίμακος adscendebat, prout testatur Hom. *Odyss.* Α. *v.* 330. POTT. *Tom. II. p.* 256.

v. 251.

Ἠπιόδωρος, ου, ὁ, ἡ, mitia donans; mitis, lenis. *interpr.*

ἤπια

ἤπια καὶ πρᾶα, τυῖϛι προσφῦλικὰ δωρυμένη κατὰ τὴν παιδοτροφίαν, indulgentia utens in puerorum educatione. ab ἤπιος, mitis, & δῶρον, donum.

v. 252.

Λαοδίκην ἐσάγυσα] εἰς Λαοδίκης θάλαμον ὑπάγυσα· πρὸς Λαοδίκην πορευομένη. *Schol.*

v. 253.

Φῦ, ἀντὶ τῦ προσήγγισε τῇ χειρὶ, accessit, hæsitque manu. pro ἔφυ, aor. 2. v. φύω, adhæreo.

Ἔπος ἔφατ', verba fecit.

Ἐκ τ' ὀνόμαζε, pro ἐξονόμαζε, *per Tmesin.* ἐξονομάζω autem, ut & ὀνομάζω, aliquando *simpliciter*, profero, alloquor. ut *h. l.* & *A.* 361.

v. 254.

Θρασὺς, εῖα, ὺ, audax, temerarius: asper.

v. 255.

Δυσώνυμος, ε, ὁ, ἡ, cujus nomen odiosum est; *vel*, inauspicatum; malus, infaustus, execrandus, detestabilis, detestandus. ex δυς & ὄνομα, nomen.

v. 256.

Ἀνῆκεν, *h. l.* impulit: ἀνέπεισεν.

v. 258.

Ἐνείκω, attulero, afferam. *verbum inusit.* pro φέρω. *Alii*, præt. subj. v. ἐνίημι. Quidam legunt, ἔνεικα, *Poët.* pro ἤνεγκα, aor. 1. ind. v. φέρω.

v. 259.

Σπένδω, libo, vino, lacte, aut simili liquore Diis sacrifico. *fut.* σπείσω.

v. 260.

Ὀνήσεαι, reficiaris. *Attic.* pro ὀνήσῃ. ab ὄνημαι, pro ὄναμαι, juvor, fructum & utilitatem capio, fruor. ab ὄνημι, juvo, prosum, utilitatem adfero.

Πίησθα, biberis. *Æol.* pro πίῃς. aor. 2. subj. Act. v. πίω, πίνω, bibo.

v. 261.

Κεκμηῶτι, *Poët. metri causa*, pro κεκμηότι, a κεκμηὼς, defatigatus. *Jon.* τῦ κ ἐξαιρέσει, pro κεκμηκὼς, præt. part. v. κάμνω, fatigor, defatigor, deficio.

Μέγα, *h. l.* valde.

Ἀέξω,

'Αἴξω, *Poët.* pro ἀύξω, augeo.

v. 262.

'Αμύνων σοῖσιν ἔτῃσι, pugnans pro tuis civibus; opem ferens tuis civibus.

v. 264.

'Αείρω, *h. l.* affero, præbeo.

Μελίφρων, ονος, ὁ, ἡ, mellea dulcedine animum perfundens. ex μέλι & φρήν.

Πότνια μήτηρ,] *Scholiastes* & *Eustathius* in commentario, πότνια μῆτερ.

v. 265.

'Απογυιόω, ῶ, enervo, membra debilito, delumbo. ex ἀπὸ & γυιόω, membra frango: enervo: claudum reddo.

Λάθωμαι, obliviscor. v. λανθάνομαι, obliviscor.

v. 266.

"Ανιπτος, ου, ὁ, ἡ, illotus. ex α priv. & νίπτω, lavo, abluo.

v. 267.

"Αζομαι, *h. l.* vereor.

Πῇ, *h. l. extra interrogationem*, ullo modo.

'Εςὶ, licet, fas est. *pro* ἔξεςι. *Sic etiam utitur* ἦν, licebat.

v. 266. 267.

Illorum, qui Diis superis sacra faciebant, integra corpora, vel saltem manus, ablui; e contra illos, qui Diis inferis sacrificabant, minore lustratione usos fuisse, refert *Spondanus.* Aliquando pedes æque ac manus lavabant; hinc nata trita proverbia, ἀνίπτοις χερσὶν, & ἀνίπτοις ποσὶν, Latine *illotis manibus*, & *illotis pedibus*: quæ tribuuntur iis, qui incaute ac sine debita cura quidquam suscipiunt. Programma foribus inscriptum fuisse, quo cuivis prohibitum erat ultra περιῤῥαντήριον progredi, nisi prius manibus aqua lustrali ablutis, tradit *Porphyrius de Victim.* Imo illius sacræ ceremoniæ neglectus pro tanto crimine habebatur, ut *Timarchides in Lib. de Coronis* quendam Asterium referat, qui fulminis ictu occisus est, quia manibus illotis aram Jovis adire ausus fuerat. Nec in solennibus sacrificiis tantum, sed & in quavis Deorum cultus minima parte, servabatur ille ritus; ipsemet Hector *h. l.* Jovi libare illotus non audet. Et in *Odyss.* Telemachus vota supplicia Diis facere non sustinuisse dicitur,

antequam manus laviſſet. Illum autem ritum ſervabant; quia peccata luſtratione purgari exiſtimabant Ethnici: nec non quidquam impurum ac pollutum ad Deos accedere nefas eſſe ſignificabant. Eandem ob cauſam ad tantam ſuperſtitionem pervenerunt, ut veſtimenta lavarent; quod a Penelope factum, antequam preces Diis funderet, ſcribit Homerus, quod, poſtquam corpus ſuum laviſſet, veſtes puras induit. *Odyſſ.* Δ. *v.* 759.

Ἡ δ' ὑδρηναμένη, καθαρὰ χροῒ εἵμαθ' ἑλοῦσα

Ipſa vero lota puras corpori veſtes induit.

POTT. *Tom. I. p.* 243. *ſq.* add. LAKEM. *P. III. C. I.* §. *XXIII.*

v. 268.

Λύθρον, ου, τὸ, cruor, ſanguis pulvere mixtus.

Πεπαλαγμένος, fœdatus, inquinatus. a παλάσσω. E. *v.* 100.

Εὐχετάασθαι, *Poët.* pro εὐχετᾶσθαι. v. εὐχετάομαι, ῶμαι, vota facio, preces fundo, precor, ſupplico. ab εὐχέτης, ου, ὁ, ſupplex, vota faciens.

v. 267. 268.

Nemini poſt victoriam adeptam in hoſtem, quem jure belli adortus fuerat, ſacrificia aut vota Diis facere, antequam purgatus foret, fas erat: quapropter Hector addit: — οὐδέ πῃ ἐστι κ. τ. λ. POTT. *Tom.* I. *p.* 246. LAKEM. *P. III. C. III.* §. *III.* FEITH. *L. I. C. VI.* §. *III.* multosque alios.

v. 270.

Θύος, εος, τὸ, victima, hoſtia, ſacrificium. *h. l.* ſuffimentum. a θύω, ſacrifico.

Suffitibus etiam magnam in Diis placandis vim Græci tribuebant. Unde cum libationibus ac precibus eos Hom. conjungit *Iliad. IX. v.* 495. *Heſiodus* quoque in Ἔργοις jubet agricolas oriente ac occidente die illos

Σπονδῇσι θυέεσσί τε ἱλάσκεσθαι·

Libamentis & ſuffimentis placare.

In hanc ſententiam Hector *h. l.* matri ſuæ auctor eſt, ut in templum Minervæ concedat ad vota ſuſcipienda cum ſuffimentis. A quo ritu templa ac altaria Homero θυώδεα

καὶ

καὶ θυήεντα, *odorata* dicta. FEITH. *L. I. C. VIII.* §. *III.* add. LAKEM. *P. III. C. I.* §. *XIV.* PFEIFF. *Antiq. Gr. Lib. I. Cap. VIII.* aliosque.

Ἀολλίζω, congrego, confertos reddo. ab ἀολλὴς, ἑος, ὁ, ἡ, confertus, congregatus.

v. 273.

Θὲς, pone. aor. 2. imper. Act. pro θέτι, v. τίθημι, pono.

v. 269. —

Quæ Diis homines *viciſſim dabant*, in univerſum erant aut *ſacrificia*, aut *donaria*. Utrumque conjungit Hector *h. l.* cum jubet Troades *offerre Minervæ peplum*, & *ſimul duodecim boves.* Similiter Ægyſthus pro initi conjugii felicitate *multas adolevit coxas*, *multaque donaria appendit.* *Odyſſ. III. v.* 273. *ſq.* *Plato in Alcib. II.* loquens de officio Diis præſtando, copulat in hanc rem θυσίας καὶ ἀναθήματα; *ſacrificia* & *donaria*, uti ſub finem *libri de Votis*, δῶρα καὶ θυσίας, *dona* & *ſacrificia.* Reſtringens utique δῶρα ad ea, quæ ornatus gratia in templis donabantur. FEITH. *L. I. C. VIII.* §. *I.*

v. 280.

Μετέρχομαι, *h. l.* adeo.

v. 281.

Ὥς κεν οἱ αὖθι — Utinam ei illic —

v. 283.

Τοῖό τε, ejusque.

v. 285.

Φαίην κεν] Non vacat iſtud κεν· *Exiſtimarim equidem*; *Crediderim utique.* CLARK. præf. vel aor. 2. opt. v. Φημί.

Φρέν' animum *meum.*

Ἄτερπος, ου, ὁ, ἡ, ingratus, injucundus, minime delectans. ex α priv. & τέρπω, delecto.

Ὀϊζὺς, ύος, ἡ, ærumna, miſeria, calamitas.

Ἐκλελαθέσθαι, obliturum. pro ἐκλαθέσθαι, aor. 2. infin. Med. v. ἐκλανθάνομαι, oblivifcor.

v. 286.

Μολοῦσα, profecta. aor. 2. part. v. μολέω, venio, advenio, eo, vado, proficiſcor.

Ἀμφιπόλοισι] Quod Regibus ſunt *præcones*, id ſunt Re-

 ginæ

ginæ Hecubæ *ancillæ*, quæ matronas undique in urbe convocant. SPOND.

v. 287.

Κέκλετο, mandata dedit. v. κέκλομαι, jubeo, hortor. a κέλομαι, *seu* καλέω.

v. 288.

Κλήρῳ νῦν πεπάλαχθε] Fortunæ committit Nestor præstantioris electionem, neque ipsemet eum eligit, ne, uno electo, ceteri ereptum hunc sibi honorem dolerent

unius judicio, cum & ipse eos omnes dignos, qui Hectori opponerentur, agnoscat: sed si forte cuipiam obtigerit, non habent ceteri, quid electo invideant. Talem rationem alicubi ab *Arriano* memorari refert *Eustathius*. *Porro*, sortes in rebus dubiis dirimendis adhiberi solitas olim, constat tum hinc, tum ex aliis Homeri locis, qui præcesserunt, & adhuc subsequentur. Hic in galeam immittuntur ex more militari, aliâs in urnam. *Quæsitor Minos urnam movet. Maro Lib. VI. v.* 432. Ex variis autem rebus fiebant, vel calculo, vel concha vel ascia, vel annuli nota, vel cespite; juxta *Sophoclem*: vel tessellis & talleolis ligneis, ut alii quoque jam annotarunt. Vide *Adr. Junium*, *Animadv. Lib. II. Cap.* 5. ubi multa de sortiendi rationibus variis diligenter explicantur. &c. SPOND.

Λάχησιν, *pro* λάχῃ, forte accipiat. aor. 2. subj. v. λαγχάνω, fortior.

v. 175.

Ἐσημήναντο] *Signis occultis notabant*, ut liquet ex *v.* 183. & 198. CLARK. Non puto hoc patere e locis illis. Suum quisque signum calculo suo inscripserat. Ubi exierat sors, circumferebatur & ostendebatur cuique, ut suum signum agnosceret, cujus esset. ERN.

v. 179.

Λαχεῖν, *Da* fortiri.

v. 180.

Πολύχρυσος, ου, ὁ, ἡ, multum auri habens, dives.

v. 181.

Πάλλεν, Concutiebat *sortes*.

v. 182.

Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος κυνέης, Exiliit autem sors e galea. ἐκ — ἔθορε, *pro* ἐξέθορε, aor. 2. ind. v. ἐκθορέω, ῶ, exsilio. ex ἐκ, & θορέω, ῶ, salio.

v. 183.

Ἁπάντῃ, *adv.* ubique, undiquaque. ab ἅπας.

v. 184.

Δεῖξ' (*pro* ἔδειξε,) ἐνδέξια, ostendit, orsus a dextra.

v. 185.

Οἱ δ' οὐ γινώσκοντες] Male hæc vertuntur, non intellecto

lecto Græcismo. ὀ γινώσκων ἀπαναίνομαι est *nego me agnoscere*. Verte ergo: *Hi vero negabant se agnoscere* sc. suum signum, sive pro sua sorte. Eurip. Iphig. Aul. 1502. θανᾶσα δ' ὀκ ἀναίνομαι: & similiter alii. ERN.

Ἀπαναίνομαι, respuo, renuo, recuso, rejicio. ex ἀπὸ & ἀναίνομαι, *idem*.

v. 188.

Ἦ τοι, quidem.

Ὑποσχέθω, *idem quod* ὑπέχω, porrigo, subjicio, submitto, suppono.

v. 189.

Γνῶ, agnovit. aor. 2. ind. Act. *Jon.* & *Poët.* pro ἔγνω, v. γινώσκω, novi, agnosco, cognosco.

v. 193.

Ὄφρα — Τόφρα, Dum — Interim.

v. 195.

Ἐφ' ὑμείων, *pro* ὑμῶν, vobiscum.

v. 196.

Ἠὲ καὶ, Vel etiam.

Ἀμφαδίην. *Substantivum aliquod subauditur, vel adverbialiter usurpatur.* palam. Vid. *H.* 243.

Δείδιμεν, timemus. *pro* δεδίαμεν. a præt. Med. δέδια. v. δείδω.

Ἔμπης, *idem quod* ἔμπας, *h. l.* prorsus, omnino.

v. 197.

Δίηται] ἐκφοβήσει, διώξει. *Schol.*

v. 198.

Ἀϊδρείῃ, per imperitiam *meam.* ἀϊδρεία, ας, *Jon.* η, ης, ἡ, inscitia, imprudentia, imperitia. ex α priv. & ἰδρεία, ας, ἡ, scientia, peritia.

Νῆϊς, ιδος, ὁ, ἡ, inscius, imperitus, indoctus. 2.) timidus, infirmus.

v. 203.

Ἀρέσθαι, referre, *vel*, ut referat. ab ἄρω.

v. 207.

Ἕσσατο, induerat. v. ἕω, *induit.* pro ἕννυμι, induo.

v. 210.

Θυμοβόρος, ου, ὁ, ἡ, animum exedens. ex θυμὸς, & βορὰ, pabulum.

V. 212.

Μειδιόων βλοσυροῖσι — μακρὰ βιβὰς] Heroem torvo aſpectu, proceris paſſibus ingredientem, pulcherrime ob oculos ponunt verſus grandiloqui & tumentes. CLARK.

Μειδιάω, & *Poet.* μειδιόω, *idem quod* μειδάω, molliter *ſeu* leniter rideo, ſubrideo

Βλοσυρὸς, ρὰ, ρὸν, terribilis adſpectu, torvus, truculentus

Προσώπασι, *per Metaplaſmum* pro προσώποις. a πρόσωπον, τὸ, facies, vultus. Vide ad *E.* 299.

Νέρθε, infra, ſubter. *ſeq. voc.* νέρθεν. *per Aphæreſin* τῦ ε, pro ἔνερθε, θεν.

V. 213.

Μακρὰ βιβὰς, magnis *paſſibus* gradiens. βιβὰς, præſ. *vel* aor. 2. part. Act. v. βίβημι, pro βαίνω, *ſeu* βάω, eo.

Κραδάω *propr. dicitur de quovis morbo aut vitio, quod ſæpe ficubus ineſt:* cradatione infeſtor. *Eſt etiam* vibro, concutio, quatio. a κράδη, ης, ἡ, ramus, *item*, folium. *Hinc, quia natura est foliorum, a quovis vento concuti & agitari, fit, ut* κραδάω vibrandi, concutiendi & quatiendi *ſignificationem obtineat.*

V. 215.

Ὑπήλυθε, ſubiit. *vel* ab aor. 2. ὑπήλυθον, pro ὑπῆλθον, *vel* a præt. ὑπήλυθα, v. ὑπέρχομαι, ſubeo.

V. 216.

Ἕκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσεν] Longe aliud eſt, θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσεν, aliud, κραδίη ἔξω στηθέων ἐκθρώσκει, vel, τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα. Nempe *Trojani*, cum ad pugnam progredientem Ajacem cernerent, terrore perculſi erant plane, & conſternati: *Hector* autem, fortiſſimus omnium, etiam & *ipſe* commovebatur nonnihil, ac ſubtimebat. CLARK.

Πατάσσω, cum ſtrepitu palpito, vehementer palpito.

V. 217.

Οὔπως, *adv.* nequaquam, nullo modo.

Ἔχω, *ſæpiſſime ſignificat* poſſum, *ut h. l. & tum plerumque Infinitivum poſt ſe habet.*

Ὑποτρέω, ῶ, intremiſco, perterreſio. 2.) *h. l.* terrefactus & ti-

& timore perculsus suffugio, metu refugio. ex ὑπὸ & τρέω, tremo.

Ἀναδύω, vel ἀναδῦμι, *h. l.* regredior, retrocedo, pedem refero.

v. 218.

Χάρμη, ad certamen.

v. 220.

Ἑπταβόειος, ου, ὁ, ἡ, ex septem bubulis pellibus factus. 2.) impenetrabilis. *de scuto* seu *clypeo*, ex ἑπτὰ & βοῦς, bos.

v. 221.

Σκυτοτόμος, ου, ὁ, ἡ, qui coria scindit ad lora, calceos, & similia conficienda, sutor; coriarius. a σκύτος, εος, τὸ, corium, pellis; & τέμνω.

Οἰκίον, *idem quod* οἶκος, domus.

v. 222.

Αἰόλον] *Mobile:* Ut mox: v. 238. οἶδ' ἐπὶ δεξιὰ, οἶδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν ἀζαλέην. CLARK.

v. 223.

Ζατρεφὴς, έος, ὁ, ἡ, bene nutritus, saginatus, pinguis, præpinguis. ex ζα, *partic. insepar.* augente significationem; & τρέφω, nutrio.

Ἐπὶ — ἤλασε, superinduxerat.

v. 222. 223.

Clypeus vulgo ex pellibus conflabatur; hinc frequentissime memorantur ἀσπίδες βόειαι, *clypei bubuli.* Hi in varias plicas complicabantur, bracteis æneis corroboratas. Clypeus Ajacis ex tergore septuplici constabat, unica vero lamina ærea tegebatur; ut legere est *h. l.* POTT. *Tom. II. p.* 28.

v. 226.

Εἴσεαι, scies. pro εἴσῃ, *Jon.* fut. 1. ind. Med. v. εἴδω, scio.

v. 227.

Μέτεασι, intersint.

v. 228.

Ῥηξήνωρ, ορος, ὁ, vires hominis frangens. *vel*, viros fortitudine frangens. a ῥήγνυμι & ἀνήρ. *vel*, strenuus, bellicosus, qui fortitudine *seu* virilitate sua acies *seu* agmina hostium frangit & perrumpit. ab ἠνορέα, virilitas, fortitudo.

v. 231.

'Εἱμὲν, *Poët.* pro ἐσμὲν, sumus.

Σέθεν ἀντιάσαιμεν, tibi obviam ire possimus.

v. 232.

Ἄρχε, *cum Genit.* ordire, *seq. Accus.* Subintell. ἀπό.

v. 235.

Ἀφαυρὸς, ρὰ, ρὸν, imbecillis, debilis.

Πειρητίζω, experior, tento, periculum facio, exploro animum alicujus. a πειράω, *idem.*

v. 238.

Ἐπὶ δεξιὰ, ad dextram.) (ἐπ' ἀριστερὰ, ad sinistram.

Νωμάω, ῶ, *h. l.* moveo, moto, agito, vibro.

Βῶς, & *Dor.* βῶς, ὁ, ἡ, unde in Accus. βῶν, ut *hic.* Sed *per Synecdoch.* pro *pelle bovina*, ut prius dictum; & inde *Metonym.* materiæ, *scutum*; sic *h. l.*

v. 239.

Ἀζαλέος, έα, έον, aridus, siccus. ab ἄζω, sicco, arefacio.

Τό μοι ἐστὶ — ita ut possim —

Ταλαύρινον, *adv.* indefessim, audacter. Vid. ad *E.* 289.

v. 240.

Σταδίη, *scil.* μάχη, stataria *pugna.* ab ἵστημι, sto.

Μέλπω, canto, cantu celebro. μέλπομαι, canto, ludo, tripudio & salto ad cantum, cantu persono.

Δηΐῳ μέλπεσθαι Ἄρηϊ, ad sævi Martis sonos gressum componere.

v. 241.

Ἐπαΐξας, postquam insiluerim *currum.*

Μόθον ἵππων ὠκειάων, pugnam in equabus velocibus.

v. 242.

Ἀλλ' οὐ γάρ] Refertur istud, γὰρ, ad id, quod eleganter reticuit. *Sed accinge te ad pugnam: Non* enim &c. Vide supra ad *E.* 22. CLARK.

Τοιοῦτον ἐόντα] Hostem videlicet honestum & generosum: Cui δῶκε θεὸς μέγεθός τε βίην τε, καὶ πινυτήν. *v.* 288. IDEM.

v. 243.

Ἀμφαδὸν, *adv.* palam, manifeste, aperte. *hinc* ἀμφάδιος, manifestus. *unde* ἀμφαδίην, *v.* 196. *hujus Libri.* a φαίνω, appareo, luceo.

v. 256.

v. 246.

Ἀκρότατον κατὰ χαλκὸν, Extremum ad æs.

v. 247.

Πτυχὴ, ῆς, ἡ, plica, plicatura. a πτύσσω, plico.

Δαΐζω, divido, partior. *h. l.* diſſeco, diſcerpo, lanio.

v. 248.

Ἑβδόματος, *Poët.* pro ἕβδομος, ſeptimus.

Ῥινὸς, ῦ, ὁ, ἡ, *h. l.* pellis, cutis.

Σχέτο, hæſit. aor. 2. ind. Med. *Jon.* pro ἔσχετο. v. ἔχω, pro σχέω, habeo.

v. 250.

Βάλε — κατ', feriit.

v. 255.

Ἐκσπάω, extraho, educo.

v. 256.

Σύν ῥ' ἔπεσον, congreſſi ſunt.

v. 258.

Οὖτασε, feriit.

v. 260.

Νύξεν, punctim feriit.

Ἐπάλμενος, inſiliens. præſ. part. Med. *Jon.* & *per Sync.* pro ἐφαλλόμενος. v. ἐφάλλομαι, inſilio.

v. 261.

Ἤλυθεν, tranſivit.

Στυφελίζω, conturbo, reprimo.

Μεμαῶτα, irruentem.

v. 262.

Τμήδην, *adv.* incidendo, ſecando, leviter incidendo, cæſim. ab *inuſit.* τμάω, *pro* τέμνω, ſeco.

Ἀνακηκίω, ſurſum feror, erumpo, proſilio, ſubſilio. ex ἀνὰ & κηκίω, ſalio, cum ſaltu ſurſum feror. ex κίω, vado, eo: *per reduplicat.*

v. 263.

Ἀπολήγω, *cum Genit.* deſino, ceſſo *a re.*

v. 267.

Ἐπομφάλιον, ȣ, τὸ, quod ſupra umbilicum eſt, quod inſiſtit medio clypei umbilico, umbo clypei. ex ἐπὶ & ὀμφαλὸς, umbilicus.

Περιηχέω, ῶ, circumſono, obſtrepo.

v. 269.

v. 269.

'Επέρεισε ἶν' ἀπέλεθρον, adhibuit connixus vires immensas.

v. 270.

"Εισω — ἔαξε, perfregit.

Μυλοειδής, έος, ὁ, ἡ, similis lapidi molari, rotundus; ex μύλος, vel μύλη, mola; & εἶδος, species.

v. 271.

'Εκτανύω, extendo.

v. 273.

'Αυτοσχεδὸν, *adv.* cominus, prope. ex αὐτὸς & σχεδὸν, cominus, prope.

'Ουτάζοντο, vulnerassent *se invicem.*

v. 275.

"Ηλθον, venissent, advenissent.

v. 276.

Σχέθον, tenuerunt.

v. 278.

Πεπνυμένα μήδεα εἰδὼς, prudentium consiliorum peritus.

v. 281.

"Αμφω δ' αἰχμητά. Ambo autem *estis* armis acerrimi.

v. 282.

Τελέθω, sum, adsum, orior, venio, fio. a τέλλω, *idem.*

Νυκτὶ πιθέσθαι] *Parere nocti* illi dicuntur, qui ab opere cessant, quasi id nox tacite videatur imperare: cui contrarium facit Aurora, ubi dicitur Φῶς ἀγγέλλειν Διὶ καὶ ἑτέροις. Ipsa enim quiescere non jubet, sed

— προφέρει μὲν ὁδοῦ, προφέρει δὲ καὶ ἔργου.

— *promovet quidem viam, magisque promovet laborem.*

juxta *Hesiodum.* Εργ. *v.* 577. SPOND.

v. 284.

"Εκτορι — κελεύετε]. "Εκτορι, quod MS. L. & vett. edd. aliquot habent, etiam Eustathius in Commentario habet. In hac lectione sensus est: *Jubete præconem hæc dicere Hectori.* Κέλευε autem peperit 'Ιδαίῳ. Sed Idæus populi nomine locutus erat in numero plurali: & κελεύετε refertur ad populum, cujus nomine locutus est Idæus. ERN.

v. 285.

Χάρμη, ad pugnam.

v. 286.

v. 286.

Ἀρχέτω, incipiat.

Πείσομαι, parebo.

Εἴπερ ἂν οὗτος, si quidem ille *paruerit.*

v. 288.

Αἶαν, Ajax. Vocat. ab Αἴας. Barytona enim declinata per αντος, vel οντος, formant Vocat. a Genit. abjiciendo τος. Aliquando etiam est Αἶα, *Poët.*

v. 289.

Πινυτὴ, ῆς, ἡ, sapientia, prudentia. a πινυτὸς, ἡ, ὀν, sapiens, prudens.

Περὶ — ἐσσι, longe — es. Vid. ad *A.* 258.

Ἔγχει, hasta.

v. 292.

Ἑτέροισι, *subintell.* ἡμῶν, alterutri.

v. 294.

Εὐφρήνῃς, lætos facias. aor. 1. subj. Act. v. εὐφραίνω, exhilaro, oblecto. ex εὖ & φρὴν, mens.

v. 296.

Κατὰ *h. l.* per.

v. 297.

Εὐφρανέω, lætos faciam. Factum est a fut. 1. infin. Act. *Jon.* εὐφρανέειν, quo utitur Hom. *Il. E. v.* 688. pro εὐφρανεῖν, v. εὐφραίνω, lætitia afficio, exhilaro. quod ab εὔφρων, cui mens bene se habet, hilaris.

v. 298.

Μοι εὐχόμεναι — pro me supplicantes —

Δύσονται, ingredientur.

Ἀγὼν, ῶνος, ὁ, *h. l.* templum.

v. 299.

Δώομεν, demus. *per Systol.* pro δώωμεν, *Poët.* pro δῶμεν. Poëtæ primam personam pluralem Subjunctivorum in ωμεν efferre solent per ομεν.

v. 301.

Πέρι, *h. l.* per.

v. 302.

Ἀρθμήσαντε, conciliati. v. ἀρθμέω, ῶ, amicitiæ vinculo jungor cum aliquo. ab ἀρθμὸς, οῦ, ὁ, amicitia.

v. 304.

v. 304.

Ἐϋτμήτῳ τελαμῶνι, ſcite facto balteo.

Ἐΰτμητος, & ἐΰτμητος, ε, ὁ, ἡ, bene ſectus & paratus, elaboratus. ex εὖ & τέμνω, ſeco.

v. 306.

Διακρινθέντε, digreſſi. *pro* διακριθέντε. Poëtæ enim ſoni ſuavioris gratia ν interſerunt. ita *Il.* Γ. 360. ἐκλίνθη, *pro* ἐκλίθη. *Il.* Γ. 102. διακρινθεῖτε, *pro* διακριθεῖτε.

v. 307.

Ἤϊ', ibat. Κίε, vadebat.

v. 310.

Ἦγον, deduxerunt. *Subintell.* αὐτόν. *Mox :* ἄγον.

Ἀέλποντες σόον εἶναι] *Præ lætitia vix credentes verum id eſſe, quod viderent :* Ut recte notavit *Domina Dacier.* CLARK.

Ἀέλπω, non ſpero, deſpero. ex α priv. & ἐλπὶς, ſpes.

v. 312.

Εἰς, *h. l.* ad.

Κεχαρηότα νίκῃ, lætum victoria. κεχαρηότα *Jon.* pro κεχαρηκότα. a χαίρω.

v. 313.

Οἱ δ' ὅτε —, Τοῖσι δὲ] Qua ratione poſterius iſtud δὲ non ſit ſupervacaneum, vide ſupra ad *A.* 57. CLARK.

v. 316.

Τὸν δέρον, Huic pellem detraxerunt.

Διέχευαν, diſſecuerunt. v. διαχέω, *h. l.* diſſeco, in fruſta ſeco.

Ἅπαντα, totum.

v. 317.

Ἐπισταμένως, *adv.* ſcienter, perite, ſcite : prudenter. ab ἐπίσταμαι, ſcio, peritus ſum.

v. 321.

Νώτοισιν δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι — *Le Roi lui même ſert à Ajax la portion la plus honorable qui étoit le dos entier de la victime.*] Voila les prix que les Heros recevoient de leurs grandes actions ; ils avoient les premieres places dans les aſſemblées, & la plus honorable portion dans les feſtins ; cette portion étoit le dos entier de la victime, comme *Homere* le dit ici. En quoi il paroît avoir été parfaitement inſtruit des mœurs de Lacedemone, où c'étoit

c'étoit un privilege des Rois d'avoir la peau & le dos entier des victimes qu'ils immoloient à la guerre, comme *Herodote* nous l'apprend dans son VI. *Livre*: Τῶν δὲ θυομένων ἁπάντων τὰ δέρματα καὶ τὰ νῶτα λαμβάνειν σφέας. πᾶντα μὲν τὰ ἐμπολέμοια. — Agamemnon traitte donc ici Ajax comme un grand Roi. DAC.

Νώτοισιν — διηνεκέεσσι, tergo perpetuo, tergi partibus longis. διηνεκὴς, ἐος, ὁ, ἡ, perpetuus. continuus. ex διὰ & ἠνεκὴς, ἐος, porrectus & protentus in longitudinem, perpetuus, continuus.

Γεραίρω, muneror honoris caussa, orno, honoro. à γέρας, τό. præmium: honor.

v. 324.

Πάμπρωτος, ου, ὁ, ἡ, omnium primus.

Ὑφαίνειν μῆτιν, texere consilium.

v. 328.

Πολλοὶ γὰρ] Refertur istud γὰρ ad id, quod elegantius reticuit: *Audite me de induciis jam paciscendis; NAM multi* &c. Vide supra ad *E.* 22. CLARK. Durior hic est ista ratio. Immo in his verbis est id, e quo post *v.* 329. docet inducias esse faciendas. Rectius hic τὸ γὰρ abundare, aut pro μὲν positum dicemus. ERN.

Τεθνᾶσι, mortui sunt. *per Synæresin*, pro τεθνάασι, perf. ind. Med. v. θνήσκω, pro θνάω, morior.

v. 329.

Ἐΰῤῥοος, ου, ὁ, ἡ, largiter, pulchre, bene fluens. ex εὖ & ῥέω, fluo.

v. 330.

Σκεδάζω, dissipo, dispergo, diffundo.

Ἄϊδος δε, ad orcum.

v. 331.

Τῷ, *h. l.* Itaque.

Ἅμ' ἠοῖ, prima luce.

v. 332.

Αὐτοὶ, *pro* ἡμεῖς αὐτοὶ, nos ipsi. Istud αὐτοὶ eleganti ἐλλείψει pronominis primitivi ἡμεῖς frequentissime usurpatur tam profanis quam sacris Scriptoribus.

Κυκλέω, ῶ, verso, duco, *vel* veho rota *seu* curru. a κύκλος, ου, ὁ, circulus, ambitus, rota.

v. 333.

v. 333.

'Ατὰρ, *aliquando signif.* ut.

Καταχήομεν, comburamus. pro καταχέωμεν. ita v. 299. δώομεν, demus. v. κατακαίω.

v. 334.

'Απο, longe, procul.

Τυτθὸν ἄπο πρὸ νεῶν] *Ante naves, parvo interjecto intervallo.*

v. 332. — 335.

Quando bellum in regione dissita gerebatur, defunctorum cadavera in cineres redacta ad consanguineos remittebantur, ut in majorum sepulchris jacerent. Hujus moris originem Herculi nonnulli tribuunt, qui quum Licymnio jurasset, se ejus filium domum reducturum, dummodo illum permitteret secum militatum ire in Trojam, adolescente occiso, nulla alia ratione suum juramentum praestare licuit, quam filii cineribus patri in manus traditis, juxta *Homeri Scholiastem* ad *Iliad. A. v.* 52. Equidem tempore belli Trojani illud in usu fuit: quippe *h. l.* Graecos monet Nestor, ut suos defunctos comburant, eorumque cineres, donec in patriam redierint, servent. POTT. *Tom. II. p.* 85.

v. 336.

Τύμβον δ' ἀμφὶ πυρὴν] Annotat *Giphanius* ex *Plutarcho*, communis tumuli, quo multi simul sepeliantur, primum authorem esse *Homerum*. SPOND.

Χεύομεν, aggesta terra faciamus.

'Εξαγαγόντες, egressi.

v. 337.

'Ακριτος, ε, ὁ, ἡ, *h. l.* omnibus communis.

Δείμομεν, aedificemus. *pro* δείμωμεν, v. δέμω, aedifico, struo.

v. 338.

'Ειλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν] Recte hic annotat *Popius*, (itemque *Domina Dacier* ad Θ. 177) castris munitis ante ultimum hunc annum nihil opus fuisse Graecis. — CLARK.

'Ειλαρ, ρος, τὸ, propugnaculum, *intra quod nos inclusos continemus, ad vim hostium arcendam.* ab εἰλέω, cogo, coarcto.

'Αυτων, *nostrum* ipsorum.

v. 340.

'Ιππηλάσιος, equestris. ex ἵππος, & ἐλαύνω.

'Ιππη-

Ἱππηλασίη ὁδὸς, equeſtris via, qua equi aguntur & impelluntur.

v. 341.

Ἔκτοσθεν, *adv.* extra.

Ὀρύσσω, fodio.

Τάφρος, ου, ἡ, foſſa, ſcrobs, in quam mortui ejecti fuerunt. a θάπτω, ſepelio. ταφὴ, ſepultura. *Sed* τάφρος *eſt etiam* foſſa, quæ fit ob munitionem.

v. 342.

Ἀμφὶς ἐοῦσα] περὶ αὐτοὺς οὖσα τοὺς πύργους. *Schol.* circum ducta.

v. 345.

Ἀγορὴ γένετ', concio facta eſt.

v. 346.

Τετρηχὼς, υῖα, ὸς, aſper, moleſtus, turbulentus. a τέτρηχα, v. τρήχω, aſper & ſalebroſus ſum.

v. 347. — 354.

Ἀντήνωρ πεπνυμένος ἦρχ' ἀγορεύειν — τοῖσι δ' ἀνέστη Δῖος Ἀλέξανδρος] *Horatius*, *Lib. I. Epiſt.* 2. *v.* 9 - 11.

Antenor cenſet belli præcidere cauſam.
Quid Paris? ut ſalvus regnet, vivatque beatus,
Cogi poſſe negat. — — —

Nempe, ut reddita *Helena* belli cauſſam præcideret, id vero a *Paride* ne ea quidem impetrari mercede potuit, etiam ut ſalvus deinceps & beatus regnaret. *Sententia* perſpicua admodum, & luculenta. *Verba* autem cum apud *Horatium* paullo eſſent impeditiora, eleganter iſto modo emendavit *Bentlejus:*

Antenor cenſet belli præcidere cauſam:
Quod Paris, ut ſalvus regnet vivatque beatus,
Cogi poſſe negat. — — —

CLARK.

v. 350.

Δεῦτε, huc agite. *adv. hortantis*, a δεῦρο. δεῦτ' ἄγετε; agite. *vacat alterum illorum.*

v. 352.

Ψεύδομαι, *h. l.* violo. Τῷ, quare.

v. 353.

Ἵνα μὴ ἔρξομεν ὧδε.] Vocabulorum, ἵνα μὴ, vis hujusmodi eſt: *Nihil video, cujus rei ſpe adduci poſſimus*, QUO

MINUS *Helenam reddamus.* CLARK. *Schol.* ἀντὶ τοῦ, ἐὰν μὴ ῥέξωμεν· *pro* πράξωμεν. Vid. WELL. *p.* 350. FISCH. *p.* 400. nec non BLACKW. *Auct. S. Claſſ. Tom. I. Partis I. Cap. II.* §. *VIII.*

v. 358.

Μῦθος, *h. l.* ſententia.

Νοῆσαι, *h. l.* excogitare.

v. 359.

Ἐτεὸν *hic* revera.

Ἀπὸ σπουδῆς, ſerio.

v. 360.

Ἐξ — ώλεσαν, ademerunt. v. ἐξόλλυμι, *vel* ύω, prorſus everto, omnino perdo.

Τοι, tibi. Ἔπειτα *hic* jam.

v. 362.

Ἀντικρὺ, *hoc loco idem quod* φανερῶς, aperte, palam.

Ἀπόφημι, contradico. 2.) nego, inficior. 3.) profiteor, effero.

v. 363.

Ἀγόμην, abduxi.

Δῶ, *h. l.* pro δῶμα.

v. 364.

Οἴκοθεν. *adv.* domo. *h. l.* de meo. *Schol.* ἐξ οἰκείων, ἐξ ἰδίων.

Ἐπιθεῖναι, adjungere.

v. 366.

Θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος] Non quod *Priamus* hac in parte ſententiam potiorem ſequeretur, *Paridi* nimium facilis; ſed quod in univerſum vir eſſet gravis, ſapiens & benignus. CLARK.

Θεόφιν ἀτάλαντος] ἴσος θεοῖς κατὰ τὴν βουλήν. *Schol.*

v. 368.

Κέκλυτέ μευ, Τρῶες,] Audito Antenoris conſilio & Paridis reſponſo Priamus adjicit ſuam quoque ſententiam, qua repudiato Antenore Paridis mentem amplectitur, quam Græcis patefaciendam eſſe deliberat: adeo fuit facilis rex ille, alioqui prudentiſſimus, ut nimia erga filium indulgentia maluerit quidvis pati, quam filio non gratificari, ſive hoc etiam fati neceſſitate contigit. Quod autem

autem de sepultura intelligere Græcos constituit, artificiose a Poëta confictum est, ut hic honos Græcis deferretur potius, quam Trojanis. Qui enim aliquid ab altero petit, videtur illo esse inferior & animi angustioris. SPOND.

v. 370.

Δόρπος, ου, ὁ, & δόρπον, ου, τὸ, cœna.

Ἕλεσθε, sumite. aor. 2. imper. Med. v. αἱρέω, capio, sumo.

Κατὰ στρατὸν, per exercitum, per castra.

Τὸ πάρος, antea. *Sic in plur.* τὰ πάρος, ante acta. *idem* τὸ, πάροιθεν. *& sic in multis aliis Adverbiis additur* τὸ.

v. 371.

Φυλακῆς μνήσασθε, excubiarum mementote. Φυλακὴ, ῆς, *h. l.* vigilia, excubatio, excubiæ.

Ἐγρήγορθε, vigilate. *per Sync.* pro ἐγρηγόρετε. v. ἐγρηγορέω, ῶ, vigilo. *perf.* ἐγρήγορα.

Excubiæ noctu studiose factæ dispositis per castra vigilibus, multisque ignibus accensis. Hoc jubet Nestor *Iliad. IX. v. 66. sq.*

— — — Φυλακτῆρες δὲ ἕκαστοι
Λεξάσθων παρὰ τάφρον ὀρυκτὴν τείχεος ἐκτός·
— — — *Custodes autem singuli*
Cubent ad fossam depressam murum extra.

Principes etiam noctu discurrebant per castra visuri, an custodiæ rite haberent: quod facit Nestor cum Ulysse ac Diomede. *Il. X. v.* 180. *sq.* coll. *præcedd.* Sic in Rutulorum castris apud *Virg. Æneid. IX. v. 166. sq.*

Collucent ignes: noctem custodia ducit
Insomnem ludo.

Nec secus fecere obsessi: uti *h. l.* imperat Priamus:
Καὶ φυλακῆς μνήσασθε, καὶ ἐγρήγορθε ἕκαστος·
Et excubiarum mementote, & vigilate quisque.

& *Il. VIII. v.* 517. *sqq.* Hector per præcones jubet senes juvenesque vigilare circa urbem; ac mulieres ignem habere in domibus luculentum. FEITH. *L. IV. C. XIII.* §. *V.*

v. 372.

Ἠῶθεν, mane. *quasi* ab aurora, a diluculo. ab ἠὼς, ἠόος, *contr.* ἠοῦς, ἡ, aurora, diluculum..

v. 374. & 388.

Τῦ εἵνεκα νεῖκος ὄρωρε] Ὄρωρε hoc in loco non eft ab ὄρωρον, fed ab ὄρωρα. *Cujus caufa bellum hodie gerimus.* CLARK.

v. 375.

Αἴ κ' — num —

v. 377.

Κήομεν, combufferimus. *v.* 333. κατακήομεν.

v. 378.

Ἄμμε] *Nos duos populos.*

v. 380.

Τέλος, τὸ, *h. l.* legio, turma, cohors, agmen. ἐν τελέεσσιν, turmatim.

v. 383.

Αὐτὰρ ὁ τοῖσι, ille autem inter eos.

v. 384.

Μεταφωνέω, ῶ, inter alios loquor, *feu* vocem edo. 2.) alloquor, compello.

Ἠπύτα] Vide fupra ad *A.* 175.

Ἠπύτης, ου, ὁ, vociferator, vocalis, argutus. ab ἠπύω, *pro* ἀπύω, fono, fonitum edo, clamo, vociferor.

v. 387.

Αἴ κε περ, fi quidem.

Υ̓́μμι, vobis. *Æol.* pro ὑμῖν.

v. 390.

Ὡς πρὶν ὤφελλ' ἀπολέσθαι, Utinam ante periiffet!

v. 393.

Ἦ — γε, quanquam — fane, fane — quidem.

v. 399.

Ὀψὲ, *adv. h. l.* longo poft tempore, fero.

v. 401.

Μηδ' Ἑλένην] *Neque ipfam quidem Helenam, ἧς εἵνεκα νεῖκος ὄρωρε.* Pulcherrime hoc, & (ut recte notavit *Euftathius*) convenientiffime ad perfonam *Diomedis* πάνυ μεγαλόφρονος. CLARK.

Γνωτὸς, ἡ, ὸν, notus, manifeftus.

Καὶ ὃς μάλα — *ei*, qui vel plane —

v. 402.

Ὡς *h. l.* quod.

v. 404.

Ἀγάζομαι, admiror, suspicio. ab ἀγάω, ῶ, ἄομαι, ῶμαι, demiror, stupeo.

v. 407.

Ὥς τοι ὑποκρίνονται, Quemadmodum tibi respondeant. ὑποκρίνομαι *hic* respondeo.

Ἐπιανδάνω, placeo, complaceo, gratus sum. ex ἐπὶ & ἁνδάνω, placeo.

v. 408.

Ἀμφὶ νεκροῖσιν καταχήεμεν, (*Al.* κατακηέμεν, *pro* κατακῆαι, κατακαίειν,) de mortuis cremandis.

Οὔτι μεγαίρω, nihil invideo, *seu* ægre fero.

v. 409.

Φειδώ, όος, οῦς, ἡ, parsimonia, lucrum. a φείδομαι, parco.

Οὐ γάρ τις φειδὼ νεκύων κατατεθν. γίνετ', Neque enim aliquid lucri ex cadaveribus mortuis fit. *Vel*, Non enim ullo modo invidendum cadaveribus mortuis est.

Νεκύων κατατεθνειώτων] Non esse hoc ταυτολόγον, liquet ex Scriptoribus Tragicis, quorum locutio *Sermoni* propior est: Οὐ μαρτυρήσει ταῦθ' ὁ κατθανὼν νέκυς· *Sophocl. Antig.* 525. CLARK.

Κατατεθνειώτων, præt. part. Act. *Bœot.* & *Jon.* pro κατατεθνηκότων. v. καταθνήσκω.

v. 410.

Πυρὸς μειλισσέμεν, igne gratum officium facere.

Μειλίσσω, *propr.* mellitum reddo. a μέλι. *h. l. autem* gratificor. *Metaph. aliquando*, verbis factove demulceo.

v. 411.

Ὅρκια, fœderis testis.

v. 412.

Ἀνέσχεθε, sustulit.

v. 415.

Εἵατ', *pro* ἧατο, sedebant. *Jon.* pro ἧντο, ab ἧμαι, sedeo.

Δαρδανίωνες] οἱ ἀπὸ Δαρδάνου, πόλεως Τρωϊκῆς. *Schol.*

v. 416.

Ἀπειπεῖν *hic* exponere.

v. 418.

Ἀμφότερον, Utrumque *ad opus.*

Νέκυάς τ' ἀγέμεν, *alii* ad cadavera advehenda.

Ἕτεροι δὲ μεθ' ὕλην, alii vero ad lignandum.

V. 421.

Προσέβαλλεν *h. l.* percutiebat *radiis.*

V. 422.

Ἀκαλαῤῥείτης, *idem quod* ὁ ἀκαλῶς ῥέων, quiete, leniter, fine ftrepitu fluens. ab ἀκαλὸς, ὴ, ὸν, quietus, lenis; & ῥέω, fluo. ἀκαλαῤῥείταο, *Æol.* pro ου.

Βαθυῤῥόος, *contr.* βαθυῤῥους, ου, ὁ, ἡ, profunde fluens. ex βαθὺς, profundus; & ῥέω.

V. 423.

Εἰσανιὼν, afcendens. aor. 2. part. Act. v. εἰσάνειμι, ingredior: afcendo.

Ἤντεον, occurrebant. v. ἀντέω, *Jon.* pro ἀντάω.

V. 425.

Νίζω, *idem cum* νίπτω, lavo, abluo.

Βρότος, ου, ὁ, fanies, cruor. 2.) fanguis pulvere permixtus.

Βρότον αἱματόεντα, tabum fanguinolentum.

V. 426.

Θερμὸς, ὴ, ὸν, calidus. a θέρω, calefacio.

Ἄμαξα, *vel* ἅμαξα, ης, ἡ, currus, plauftrum.

Ἐπάειραν, aor. 1. ind. Act. v. ἐπαείρω, allevo, attollo, elevo: incito.

Ἀμαξάων ἐπάειραν, curribus impofuerunt.

V. 427.

Εἴα, finebat. *pro* εἴας.

V. 428.

Πυρκαϊὰ, ᾶς, ἡ, rogus, uftrina. ex πῦρ & καίω.

Ἐπινέω, *vel* ἐπινήω, *vel* ἐπινηνέω, accumulo, in acervos aggero. ex ἐπὶ & νέω, *vel* νήω, *vel* νηνέω, acervo, cumulo.

Πυρκαϊῆς ἐπενήνεον, rogo cumulatim imponebant.

V. 429.

Ἐν δὲ πυρὶ πρήσαντες, Quum vero igne cremaffent.

Antequam fepelirent cadaver, in cineres redigere Græcis erat confuetudo. Hanc illis peculiariter affignat *Lucianus de Luctu*: Ὁ μὲν Ἕλλην ἔκαυσεν· ὁ δὲ Πέρσης ἔθαψεν· ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑάλῳ περιχρίει· ὁ δὲ Σκύθης κατεσθίει, ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος. *Græcus exurit, Perfa defodit, Indus adipe fuillo oblinit, Scytha devorat, condit Ægyptius.* Quamquam nec ipfa

ipſa omni tempore, nec ab omnibus obſervata. *Antiquiſſimum humandi ritum* refert *Cicero*, & jam inde a Cecropis apud Athenienſes temporibus uſitatum, *Lib. II. de Legibus.* Ita funeratus apud *Thucydidem Lib. V.* Braſidas: apud *Herodotum* Terpſichore, Periandri uxor, aliique, quos recenſere longum. Ita quoque *ſero apud Romanos receptam cremandi conſuetudinem* tradit *Plinius Hiſt. Natur. Lib. VII. Cap. LIV. nec adeo in multis familiis obtinuiſſe.* Apud *Homerum* tamen *h. l. omnia* Græcorum ac Trojanorum *cadavera* videmus *comburi.* omnium vero ampliſſime *Lib. XXIII. v.* 165. & *XXIV. v.* 787. itemque *Odyſſ. XXIV. v.* 67. ubi funera Patrocli, Hectoris, & Achillis fuſius deſcribuntur. FEITH. *L. I. C. XIV.* §. *I.* Qui interim Auctores, qui *de funerum & ſepulturæ ritibus Hebræorum, Græcorum, Perſarum, Romanorum*, &c. ſcripſerunt, noſcere cupit; adeat *Celeb.* I. ALB. FABRICII *Bibliograph. Antiquar.* (Edit. Hamburg. 1760.) *Cap. XXIII.*

v. 433.

Ἀμφίλυκος, antelucanus. ἀμφιλύκη νὺξ, ſubluſtris nox, ultima pars noctis ſub exortum auroræ. ex ἀμφὶ & λύκη, ης, lux prima, præcedens ſolis ortum.

v. 434.

Τῆμος, *adv.* tum. *Reſpondet* ἦμος, cum: *a quo & derivatur.*

Κριτὸς, ἡ, ὸν, ſelectus, delectus. a κρίνω.

Ἔγρετο, ſurrexit.

v. 436.

Ἐκ πεδίȣ, extra campum.

Struebantur ſepulcra fere *extra urbes*, ubi etiam cadavera comburebantur. Quod videmus *h. l.* a Trojanis factum in publica illa funeratione; atque adeo in Hectore; quem *Dares Phrygius Cap. XXV.* narrat ante portam more ſolito tumulatum. FEITH. *L. I. C. XV.* §. *III.*

Ἔδειμαν, ædificarunt. a δέμω.

v. 438.

Ἐνεποίεον, fecerunt. v. ἐμποιέω, ῶ, injicio, indo, inſero, immitto.

v. 441.

Ἐν, in *ea.*

Σκόλοψ, οπος, ὁ, palus præacutus, vallus.

v. 436.—441.

Quando castris imminebant hostes, vallo & muro turribus iis, quæ in civitatum mœnibus visuntur, non absimilibus undique firmatis, ex quibus hostem missilibus lacessebant, illa munire solebant. Nono belli Trojani anno, quo Achilles suas copias auxiliares abduxit, his munimentis castra tueri coacti dicuntur Græci apud Homerum, qui eousque nullis munitionibus indiguerant, quamdiu Trojanos intra sua mœnia coercere valuerant: illorum autem castra *h. l.* sic munita describuntur:

— ' — — τεῖχος ἔδειμαν,
Πύργους θ' ὑψηλοὺς, εἶλαρ κ. τ. λ.

POTT. *Tom. II. p.* 60. IDEM. *p.* 126. Tempore belli locum operibus munitionibusque utrinque sepiebant, quæ diversimode exstruebantur: terram versus firmabant se vallo & lorica seu muro in figuram semicirculi ædificato ac porrecto ab uno cornu maris ad alterum; aliquando turribus munitus iste murus, portisque ornatus, p r quas in hostes infestis armis erumpebant. Ab Homero *h. l.* habemus pulchram descriptionem Græcorum munimentorum in bello Trojano. Versus mare, aut intra illud, infixi ingentes pali lignei, non absimiles illis, qui in portubus visebantur; ante hos palos ita locatæ naves onerariæ, ut essent tanquam murus, quo tegerentur qui intus erant: quem in morem castra sua posuisse Niciam tradit *Thucydides;* verum hoc non, nisi quando hostis validior credebatur, ipsisque ingentem periculi timorem injiciebat, factum videtur: alias soliti erant constituere nonnullas naves ad explorandum itinera hostium. istæ appellatæ προφυλακίδες a *Thucydide, Lib. I.* & milites πύργτεροι vel πυρσευρίδαι, a πυρσὸς, *tæda*, qua significabant, hostem adventare, juxta *Polyænum, Stratagem. Lib. III.*

v. 444.

Θηεῦντο, intente spectabant, admirabundi spectabant. pro θηεῦντο, imperf. *Poët.* rejecto augmento, & *Dor.* ω converso in ευ. v. θηέομαι, cum admiratione specto. a θεάομαι, ὁῶμαι, specto, contemplor.

v. 445.

v. 445.

Ἐνοσίχθων, ονος, ὁ, quatiens terram, terræ motor *ſeu* concuſſor. Epith. *Neptuni.* παρὰ τὸ ἐνίσαι τὴν χθόνα. ab ἐνόθω, quatio, agito; & χθὼν, ἡ, terra.

v. 446.

Ἀπείρων, ονος, ὁ, ἡ, terminum non habens, infinitus, immenſus. Epith. *Terræ*; quia terra rotunda eſt, & quæ rotunda ſunt, principio & fine carere videntur. ex α priv. & πεῖρας, ατος, τὸ, finis, terminus.

v. 447.

Νόον καὶ μῆτιν ἐνίψει] Senſus eſt: Nemo nos poſthac mortalis conſulet & precibus adibit, quando, ut vides, Græci rurſus mœnibus circumdant naves, &c. ERN.

Ἐνίπτω, dico, ex ἐν & ἔπω.

v. 448.

Αὖτε] *Rurſum*; poſt noſtrum ſcilicet dirutum.

v. 449.

Τειχίζω, murum ædifico *ſeu* ſtruo. a τεῖχος, εος, τὸ, murus.

Νεῶν ὕπερ, pro navibus.

v. 450.

Ἤλασαν, duxerunt, duxerint. ἔσκαψαν, ὤρυξαν.

v. 451.

Τοῦ δ' ἤτοι κλέος ἔσαι, ὅσον τ' ἐπικίδναται ἠώς·

Hujus profecto gloria erit, quacunque diffunditur lux. *Horat. Carm. Lib. IV. Ode* 14.

— — O, qua ſol habitabiles
Illuſtrat oras, maxime principum.

Pſ. LXXII. v. 8. Et dominabitur a mari uno ad alterum, & a flumine quaqua *ſunt* fines terræ. *Pſ. XLVIII. v.* 11. Sicut nomen tuum, o Deus, ſic laus tua *eſt* usque ad extremitates terræ.

v. 452.

Ἐπιλήσονται, obliviſcentur. v. ἐπιλανθάνομαι, obliviſcor.

v. 453.

Πολίσσαμεν, *Poët.* pro ἐπολίσαμεν, ædificavimus circa urbem. v. πολίζω & ζομαι, urbem condo, urbem ſtatuo.

Ἀθλήσαντε, malis exerciti laboribus. *Schol.* κακοπαθήσαντες, κοπιάσαντες. Δυϊκῶς. v. ἀθλέω, ῶ, certo, certamen ineo.

ineo. 2.) *h. l.* mala tolero, malis exerceor. ab ἆθλος, ου, ὁ, certamen. 2.) labor, laboriosum negotium.

v. 455.

Ἐννοσίγαιος, ου, ὁ, quatiens terram, terræ quassator *seu* concussor: παρὰ τὸ ἐνόσαι τὴν γῆν. *Neptuni* Epith. *idem quod* ἐνοσίχθων, *v.* 445. *ν autem geminatur metri causa.* ex ἐνόθω & γαῖα, terra.

Εὐρυσθενὴς, έος, ὁ, ἡ, late potens. ex εὐρὺς & σθένος, εος, τὸ, robur, vis, potentia.

v. 456.

Ἄλλος κέν τις] Non vacat istud κεν: Eam enim fere vim habet, ac si latine dicas, *Utique alius aliquis*; Vel, *Alius sane aliquis.* CLARK.

Δείσειε, reformidasset. v. δείδω.

Νόημα, ατος, τὸ, cogitatio, cogitatum, consilium, figmentum. a νοέω.

v. 457.

Χεῖράς τε μένος τε manibusque animoque, *vel* roboreque.

v. 460.

Οἴχωνται, abierint, abibunt.

v. 461.

Ἀναῤῥήγνυμι, diffindo, dirumpo, abrumpo, defringo, deturbo.

Καταχεῦαι, demergito. v. καταχέω, *vel* χεύω, defundo, effundo.

v. 462.

Αὖτις *h. l.* postea.

Καλύψαι, obtegito. v. καλύπτω.

v. 463.

Ἀμαλδύνω, corrumpo, consumo, *ut molle.* 2.) demolior, everto, solo æquo. 3.) deleo, oblittero. ab ἀμαλὸς, ἡ, ὸν, mollis, tener. 2.) debilis, imbecillis.

v. 466.

Βουφονέω, ῶ, boves macto. ex βοῦς & φένω, *præt. Med.* πέφενα, occido, interficio. *inusit.*

v. 469.

Ἔτιχ᾽, peperit. *pro* ἔτεκε, *ob seq. aspiratam.*

v. 470.

v. 470.

Χωρὶς, *adv. h. l.* seorsum, separatim, singulatim.

v. 471.

Ἀγέμεν — muneri ferendum — *vel* ducendas —

Μέθυ, τὸ, vinum, temetum. *dictum a* μεθίημι, *quod vinum reddat* μεθήμονας, *remissos & socordes.*

Μέτρον, ου, τὸ, mensura.

v. 472.

Ὀνίζω, *h. l.* vinum emo. *aliquando* vinosum saporem refero: vinum redoleo. ab οἶνος, ου, ὁ, vinum.

v. 475.

Ἀνδράποδον, ου, τὸ, mancipium: *sunt enim captivi quasi pedes dominorum suorum, & illi quasi capita.* ex ἀνὴρ & πούς, ὁ. ἀνδραπόδεσσι, *per Metaplasm.* quasi ab ἀνδράποδος, τὸ.

Cum Athenis novissime emtus Servus domum deducebatur, convivium quasi quoddam apparatum erat, quo illi novum ejus servitium veluti gratulabantur, & nonnulla etiam ejus capiti infundebantur bellaria, quæ ob id καταχύσματα appellabant, ex *Aristoph. in Pluto*, & *Polluce Lib. III. Cap. VIII.* Verum hunc morem aliis in locis obtinuisse non reperio, quamvis omnibus aliis in regionibus Servi instar aliarum mercium emerentur venderenturque; præprimis notantur Thraces, qui sale eos emebant, atque hinc vocabantur πρὸς ἁλὸς ἀγορασμένοι, *sale emta*; addit *Eustathius*, ἁλώνητα δουλάρια, *sale emtos servulos*, istiusmodi fuisse, qui admodum vili pretio emebantur. Primi eos pecunia emisse referuntur Chii apud *Cæl. Rhod. Antiquit. Lib. XXV. Cap. IX.* Antea enim vulgo aliis mercibus permutabantur; revera hac ratione Veterum mercatura exercebatur; apud *Homerum* enim Heroes sæpe captivos rebus ad victum necessariis dicuntur permutasse, idque præcipue *h. l.*

Atque hinc apparet, barbaram illam oppressionem crudelitatemque erga Servos non sequentium Seculorum superbiæ acceptam ferendam, sed primis & simplicissimis temporibus jam obtinuisse; quamdiu vero illa duraverit, incertum est. POTT. *Tom. I. p.* 68. 69.

Τίθεντο δὲ δαῖτα θάλειαν: apparabantque convivium lætum.

Θάλειος,

Θάλειος, εία, vel εια, ειον, virens, floridus. *h. l.* opiparus, festivus. a θάλλω, vireo, floreo: pullulo: scateo. *quasi* θάλλων τοῖς ἀγαθοῖς. *Cel.* KREBS. *in Comment. Plut.* πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημ. ἀκ. *p.* 183. *sq.* Θαλίαι priscis Græcis dicebantur convivia lautiora, quia ad ea homines conveniebant in honorem Deorum. Docuit id me *Athenæus Lib. II. C. III.* θαλίας ὠνόμαζον, ὅτι θεῶν χάριν ἠλίζοντο καὶ συνήεσαν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, δαῖτα θάλειαν, h. e. *thalias vocabant, quia in honorem Deorum congregabantur & conveniebant: illud enim est* (quod apud Hom. sæpe occurrit) δαῖτα θάλειαν, *convivium omnibus rebus abundans:* exinde pro quibuscunque epulis lautioribus.

v. 472. — 475.

Constabant olim *commercia* fere *permutatione*, sicut apparet ex *h. l.* ubi e Lemno in Græcorum castra appellunt naves onustæ vino, quod illi ære, ferro, pellibus, bobus ac servis coëmunt. Quem locum in hanc sententiam laudat Jurisconsultus *Digest. de contrahend. empt. & vend. Lib. XVIII. Plinius* etiam *Hist. Natur. Lib. XXXIII. Cap. I. Quantum*, inquit, *feliciore ævo, cum res ipsæ permutabantur inter se, sicut & Trojanis temporibus factitatum Homero credi convenit. Ita enim, ut opinor, commercia victus gratia inventa. Alios coriis boum, alios ferro captivisque rebus emtitasse tradit.* Ejusmodi permutatione usus αἰπόλος, *caprarius*, *Theocriti*, cum nautæ pro poculo dedit ὦνον *pretii loco* capram. *Idyll. I. v.* 57. *sq.* Lacones etiam Polydori regiam post ejus mortem ab uxore bobus coemerunt: unde Βοώνητα, *Booneta*, dicta, teste *Pausania in Laconicis.* Addit autem ideo factum, quod necdum obtineret numisma aureum, vel argenteum. FEITH. *L. II. C. X. §. II.* Vid. etiam SAM. PITISCI *Lex. Antiq. Rom. Tom. II.* Tit. *Emtio.*

v. 479.

Κτυπέων] βροντῶν. tonans. v. κτυπέω, strepo, pulsu sonitum cieo. 2.) strepo, resono. 3.) quatio, percutio, tundo. a κτύπος, ου, ὁ, fragor, strepitus.

Χλωρὸν

χλωρὸν δέος, pallidus timor. χλωρὸς, ρὰ, ρὸν, virens, herbidus : pallidus, flavus : pallidum faciens. *per Crasin*, pro χλοερὸς, *vel* χλοηρὸς. a χλοα, *vel* χλόη, herba virens, gramen, *vel* viride germen.

v. 480.

Ὀυδέ τις ἔτλη πρὶν πιέειν, πρὶν] Dans le danger la dévotion redouble. Les Libations ne se faisoient d'ordinaire qu'après le repas; ici on les fait à chaque fois que l'on boit, ou une seule fois avant que de boire; l'autre me paroît plus naturel, car la peur est ingenieuse & superstitieuse. DAC. Les uns & les autres souhaitent avoir le Destin propice; & boivent en l'invoquant. Pour fournir à ces libations, le Poëte a fait arriver fort à propos à la flote des Grecs, dix vers auparavant, des vaisseaux chargez de vin, qui venoient de Lemnos. *Apologie d'Homere, par le* P. HARDOÜIN. (à Paris. 1716.)



IN

IN Θ. ILIADIS.

V. 1.

Κροκόπεπλος, ου, ὁ, ἡ, croceum peplum *seu* veſtimentum habens, crocea veſte *vel* peplo croceo indutus. *Aurora* Epith. ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἀνατολὴν χροιᾶς τοῦ ἡλίου γιγνομένης ἐρυθρᾶς. Τοῦτο δὲ εἶπεν, ὡς ἐπὶ σωματοειδοῦς θεᾶς ποιούμενος τὸν λόγον. *Schol.* ex κρόκος, ου, ὁ, & κρόκον, ου, τὸ, crocus *vel* crocum; & πέπλος, ου, ὁ, *vel* πέπλον, ου, τὸ, peplum.

Κίδναμαι, diſſipor, diſpergor, diffundor. ἐκίδνατο, *imperf.* ſpargebatur. a κίδνημι, diſpergo, diſſipo.

V. 2.

Ἀγορὴν ποιήσατο, concionem habuit.

V. 5.

Κέκλυτέ μευ, πάντες τε θεοί,] Homere qui parle ſi ſouvent des Dieux avec la liberté que lui donnoit la fable, ne laiſſe pas de faire voir ſouvent qu'il avoit des idées fort nobles de la Divinité. Ici il fait parler Jupiter avec une majeſté digne du maître des Dieux & des hommes. DAC.

Θέαινα, ης, ἡ, *idem quod* Θεὰ, Dea.

V. 8.

Διακέρσαι, reſcindere. *Æol.* pro διακεῖραι. v. διακείρω, tondeo, detondeo. 2.) reſcindo, diſcindo, interſeco. ex διὰ & κείρω, tondeo: ſcindo.

V. 9.

Αἰνεῖτ' *pro* αἰνεῖτε, aſſentimini. αἰνέω *aliquando* approbo, aſſentior.

V. 12.

Πληγεὶς, ſaucius, ſauciatus, perculſus, vulneratus. aor. 2. part. Paſſ. v. πλήσσω, percutio.

Οὐ κατὰ κόσμον, indecore: *d'une maniere peu convenable à un Dieu.* DAC.

V. 13.

Τάρταρος, ου, ὁ, Tartarus, locus inferorum: *terrore, perturbatione & angore refertiſſimus.* a ταράσσω, turbo, perturbo, percello. *Heſychius:* τάρταρος· ὁ ὑπὸ τὴν γῆν κατώτατος

ταῖος τόπος. *Plato Phædon* §. 79. (Edit. Lipſ. 1744.) Tartarus eſt Poëtis hiatus profundiſſimus ſub terra, quo omnia flumina corruunt & exeunt. Deſcribitur tenebricoſiſſimus & profundiſſimus Inferorum locus, nocentium pœnis deſtinatus. *Apollodor. Biblioth. L. I. C. I.* §. 2. Ἀλλὰ τούτους μὲν Οὐρανὸς δήσας, εἰς Τάρταρον ἔῤῥιψε· τόπος δὲ οὗτος ἐρεβώδης ἐστὶν ἐν ᾅδου, τοσοῦτον ἀπὸ γῆς ἔχων διάστημα, ὅσον ἀπ' οὐρανοῦ γῆ· *Sed hos* (ſcil. *Cyclopas, Harpen, Steropen & Bronten, quorum ſinguli unum oculum in media fronte habebant,*) *Cœlus vinctos dejecit in Tartarum. Is locus eſt apud Inferos tenebroſiſſimus, qui tantum a terra diſtat, quantum a cœlo terram abeſſe ferunt.* Inde eſt ταρταρόω, ῶ, in Tartarum conjicio, detrudo. Tantum extat 2. Petr. II. v. 4. σειραῖς ζόφου ταρταρώσας, παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους· *poſtquam ad Tartara eos detruſit, catenis caliginis aſſervatos tradidit damnationi.* Quod *Petrus* dixit ταρταρῶν, id *Hom.* & *Apollod.* dixerunt εἰς Τάρταρον ῥίπτειν. De *Tartaro* vide NAT. COMITIS *Mytholog. Lib. III. Cap. XI. Diction. Poët. portat. p.* 492. *ſq.* aliosque.

Ἠερόεις, όεσσα, όεν, tenebricoſus, caliginoſus. ab ἀὴρ, tenebræ: *apud Poëtas.*

v. 14.

Βέρεθρον, ου, τὸ, *Att.* pro βάραθρον, ου, τὸ, foſſa, profunditas, locus in terra excavatus. *Sed peculiariter* foſſa, *aut* terra hians. *propr.* fuit locus Athenis valde profundus, in quem rei deturbabantur. *Metaph.* pro *exitio* ſeu *pernicie* ſumitur.

v. 15.

Οὐδὸς, οῦ, ὁ, limen, lapis *ſeu* lignum in ima januæ parte, qua in ædes intratur. ab ὁδός.

v. 16.

Ἔνερθ' αΐδεω, infra Orcum. ἔνερθε, & θεν, *adv.* infra: ex ἐν & ἔρα, ας, ἡ, terra.

v. 18.

Εἰδ' ἄγε] Non minus venuſte dicitur ἄγε, quam ἄγετε: Vide ſupra ad Z. 376. Porro, voculæ εἰ vis hujusmodi eſt: *Si dubitatis, agite &c.* CLARK.

v. 19.

Σειρὴν χρυσείην] Τὴν σειρὰν, inquit *Plato* in *Theæteto*, οὐδὲν

ὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει καὶ δηλοῖ. Et ingeniose admodum conjicit *Popius*, *catenam auream* veteribus *Ægyptiis* Astronomiæ peritis *Vim* fuisse *Solis*, qua in Orbibus suis continerentur *Planetæ*. CLARK.

Σειρὰ, ᾶς, *Jon.* ἡ, ῆς, ἡ, catena.

Ἐξ οὐρανόθεν, de cœlo. *partic.* ἐξ *redundat.* ita etiam *v.* 21.

v. 20.

Ἐξάπτεσθε, ex ea pendete, *vel* appendamini. ἐξάπτω, adnecto, appendo. ex ἐξ & ἅπτω, necto.

v. 21.

Ἐρύσαιτ', traxeritis.

Πεδίονδε, in terram.

v. 22.

Ἐι μάλα πολλὰ κάμοιτε· si valde multum labore contenderitis, *vel* laboraveritis.

v. 23.

Πρόφρων] Fuerunt qui legerent πρόσσω· CLARK. Scilicet, quia πρόφρων, quod alias in bonam partem dicitur, non videtur hic sententiæ convenire. Sed πρόφρων h. l. non est *lubens*, ut est in versione, aut *cupidus*, sed aut redundat, aut locus sic vertendus est: *Aut vero si me lubido capiat.* Et dicitur mox v. 40. in partem deteriorem. ERN.

v. 24.

Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ', (*pro* ἐρύσαιμι) Cum ipsa utique terra traxero.

v. 25.

Περὶ ῥίον Ὀυλύμποιο] *Cl. Boivinius in Memoir. de l'Academ. des Inscr. T. X. Diss.* 24. statuit, intelligi non montem Thessaliæ, sed cœlestem, cujus radices in cœlo, cacumen versus terram: nam alias non intelligi posse, qui catena de Olympi vertice suspensa pendeat ita in terram, ut hic describitur. Quod probat *Cl. Riccius Diss. Hom. T. II. p.* 210. ERN.

Ῥίον, ου, τὸ, montis cacumen, promontorium.

v. 26.

Δησαίμην, alligavero.

Μετήορος, ου, ὁ, ἡ, sublimis. μετήορον, absque ι subscripto, *Poët.* pro μετέωρον, quod instabile, tanquam in aëre

aëre fufpenfum. item *pro* fufpenfo & dubio animo. ex μετὰ & αἰέρω, attollo.

Γένοιτο, fuerint: pependerint.

v. 27.

Περὶ *h. l. cum Genit.* fuper.

v. 29.

Ἀγάζομαι, *h. l.* admiror.

Κρατερῶς, *adv.* valide, fortiter: intrepide: minaciter. *Schol.* ἰσχυρῶς, ἀπολόμως.

v. 32.

Εὖ νυ καὶ ἡμεῖς ἴδμεν] Pulcherrime hæc ex perfona *Minervæ*, prudentiæ fcilicet & fapientiæ antiftitis. *Juno* fi hic fit, quam diverfa loquatur! Ut recte annotavit *Euftathius*. CLARK.

Ὅ τοι (*pro* ὅτι σοὶ) σθένος οὐκ ἐπιεικτόν· quod tibi potentia vinci nefcia.

v. 35.

Πολέμου ἀφεξόμεθ', bello abftinebimus.

v. 36.

Ὑποθησόμεθ', fuggeremus.

v. 37.

Ὀδυσσαμένοιο τεοῖο] ὀργισθέντος σοῦ· irato te.

v. 39.

Οὔ νύ τι, neutiquam.

v. 40.

Θυμῷ πρόφρονι, animo ferio.

Τοι, tibi.

v. 41.

Ὡς εἰπὼν] Hic notandus eft apparatus Jovis in Idam proficifcentis, qui totus conftat ex auro. Hinc equi aureis jubis, corpus Jovis auro inftructum, fcutica aurea, quæ omnia ita Jovi tribuuntur, quia præftantiffimum omnium metallorum eft aurum. Notanda etiam ipfius Jovis αὐτοδιακονία, qui fibi ipfe currum inftruat, folus etiam aurigæ officio defungatur. Defcribuntur poftea apparatus bellici ex utraque parte, tum etiam paucis eorum conflictus ab aurora usque ad meridiem, in quo figillatim recenfendo brevitatis caufa non immoratur. SPOND. Omnis *Homeri* pompa, & lumina omnia,

quibus *Jovem* ſuum in faſtigio montis *Ida* cum majeſtate ſedentem magnifice deſcribit, obſcurantur & evaneſcunt, ſi cum hac breviſſima quidem, at mirum in modum glorioſiſſima, Domini & rerum heredis omnium deſcriptione, ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν, *Hebr. VII.* 26. conferuntur. BLACKW. *Auct. S. Claſſ. p.* 197.

Ὑπ' ὄχεσφι τιτύσκετο, ſub curru junxit, currui adaptavit. τιτύσκομαι, *h. l.* collimo, præparo. Vid. ad Γ. *v.* 80.

Χαλκόποδε] στερεόποδας. *Schol.* χαλκόπους, ποδος, ὁ, ἡ, æreos habens pedes: æripes.

v. 42.

Ὠκυπέτης, ου, ὁ, ἡ, celeriter volans, qui rapido curſu fertur, adeo ut volare videatur: præpes. ex ὠκὺς & πέτομαι, volo. Epith. *equorum*, qui etiam dicuntur ὠκύποδες.

Ἔθειρα, ας, ἡ, coma, cæſaries. 2.) *h. l.* juba equorum.

v. 43.

Γέντο, *per Sync. & Aphær.* pro ἐγένετο, aor. 2. Med. pro ἔλαβεν, *accepit.* Aut, *ſecundum alios*, pro εἵλετο, vel ἕλετο, pleonaſmo literæ γ, exemto ε, & λ in ν converſo, *more Dorico.* Iidem dicunt ἦνθε, pro ἦλθε. Aliquando ſignificat ἦλθε, *venit.*

Ἱμάσθλη, ης, ἡ, ſcutica, flagellum. ab ἱμὰς, άντος, ὁ, lorum, corrigia, habena.

v. 47.

Πολυπίδαξ, ακος, ὁ, ἡ, fontibus ſcatens. ex πολὺς & πίδαξ, ακος, ὁ, *vel* ἡ, fons, ſcatebra, aqua ſaliens.

Θὴρ, θηρὸς, ὁ, fera, bellua.

Μητέρα θηρῶν] πολλὰ θηρία ἔχουσαν, θηροτρόφον. *Schol.*

v. 48.

Θυήεις, ήεσσα, ῆεν, in quo ſacra fiunt. a θύω, ſacrifico. *vel* βωμὸς θυήεις, ara odorata, ſuffimenta redolens. *nam* θύος *aliquando ſignificat* ſuffimentum.

v. 50.

Κατὰ — ἔχευεν, circumfudit.

v. 54.

Ῥίμφα, *adv.* raptim, ſtatim, celeriter. παρὰ τὸ ῥίπτειν ἑαυτὸν διὰ τάχος, præcipitare gradu concitato. *ut* κρύφα a κρύπτω, projicio, præcipito.

Ἀπὸ αὐτοῦ, ab illo tempore, *vel* poſt id.

v. 57.

v. 57.

Χρειώ, *Jon.* idem quod χρεία, ἡ, usus: necessitas.

Χρειοῖ ἀναγκαίῃ, necessitate dura, *propr.* necessitate necessaria.

Πρὸ, *h. l.* pro.

v. 66.

Ἠὼς *h. l.* tempus matutinum.

Ἀέξετο, crescebat, augebatur. v. ἀέξω, augeo.

v. 67.

Ἀμφοτέρων βέλε' (*pro* βέλεα, βέλη,) ἥπτετο, utrosque tela attingebant.

v. 69.

Τάλαντον, ου, τὸ, statera, libra, trutina, lanx.

Τάλαντα] λέγει δὲ τὴν τοῦ Διὸς διάνοιαν. *Schol.*

v. 70.

Τανηλεγὴς, έος, ὁ, ἡ, longum somnum *vel* longam quietem adferens. ex τανὸς, οῦ, ὁ, ἡ, extentus, longus; (*quod a* τείνω,) & λέγω, cubare facio. λέγομαι, cubo, dormio.

v. 72.

Ἕλκε, traxit: *sustinuit.*

Ῥέπω, propendeo, vergo, inclino. *propr.* de statera *seu* lance *dicitur*, *ut h. l.*

v. 73.

Αἱ μὲν Ἀχαιῶν κῆρες]. Le bassin qui panche vers la terre, marque la mort, parce que la mort régne sur la terre, & celui qui s'éleve vers le ciel, marque la vie, parce que le sejour de la vie, c'est le ciel. DAC.

v. 74.

Ἑζέσθην, considebant.

Ἄερθεν, *Bœot.* pro ἠέρθησαν, sublata erant. (*scil.* fata.) aor. I. ind. Pass. v. ἀείρω.

v. 75.

Ἔκτυπε, tonabat. *Dor.* pro ἐκτύπει, imperf. v. κτυπέω, strepo, pulsu sonitum cieo. *h. l.* tono. a κτύπος, ου, ὁ, fragor, strepitus.

Δαιόμενος, ardens. a δαίω, incendo, uro.

v. 76.

Σέλας, αος, τὸ, fulgor, lumen: fulgur.

v. 77.

Θαμβέω, ῶ, obstupefacio, stupore percello. 2.) *h. l.* obstupeo. a θάμβος, εος, τὸ, stupor.

Ὑπὸ — εἷλεν, cepit, invasit.

v. 80.

Οὖρος, ὁ, præsidium, custos, inspector. ab ὁρᾷν, videre.

v. 83.

Ἄκρην κακκορυφὴν, (*i. e.* κατὰ κορυφὴν,) Summo in vertice.

v. 84.

Κράνιον, ου, τὸ, calva, calvaria, cranium, sedes cerebri. a κράνον, ου, τὸ, caput. quod a κάρηνον, *idem.*

Ἐμπεφύασι, innascuntur. præt. Med. v. ἐμφύω, innascor.

Καίριος, lethalis. Vid. ad Δ. *v.* 185.

v. 85.

Ἀνέπαλτο, resiliit, erectus est. Decompositum ex ἀνὰ, *pro* ἄνω, sursum, ἐπὶ & ἄλτο, quod factum est *per Sync.* ex ἄλατο, *pro* ἥλατο, aor. 2. ind. Med. v. ἄλλομαι, salio. Tenuatur autem ἄλτο, ob sequens τ.

Δῦ] ἔδυ, κατῆλθε· penetrarat.

v. 86.

Σὺν — ἐτάραξε, conturbabat. v. συνταράσσω, conturbo.

Κυλινδόμενος, volutans se. v. κυλίνδω, volvo, voluto. a κυλίω, *idem.*

v. 87.

Παρηορία, ας, ἡ, habena, *seu* lorum equi, qui παρήορος vocatur. Vid. ad *H.* 156.

Equi ut plurimum *bini jungebantur*, uti Lycaoni *Iliad. V. v.* 195. *sq.* Sic duo equi Achilli Xanthus & Balius, *Iliad. XIX v.* 400. Ita *Æneid. VII. v.* 280.

Absenti Æneæ currum, geminosque jugales.

Addebatur nonnunquam tertius, παρήορος, *ad temonem devinctus* Homero dictus. *Iliad. XVI. v.* 471. ὁ παρεζευγμένος, ἤγουν ὁ ἐγγὺς ὢν τῶν ζυγίτῶν, ἢ τῶν ζυγίων· *qui equis jugalibus a latere est adstrictus*, ait *Eustathius*: additque, eos *non stricte & firmiter currui alligari solitos, sicut jugales, sed* ἀφέτως παραρτεῖσθαι ἤτοι παραζεύγνυσθαι, *liberos appendi vel alligari.* Lorum, quo continebantur, παρηορίαν vocat Homerus *h. l.* ubi recidit Nestor equo, lethali vulnere

vulnere afflicto, ne esset aliis impedimento. Talis quoque extrajugalis equus Sarpedoni, quem similiter vulneratum abscidit Automedon. *Iliad. XVI. v.* 474. Meminit hujus ritus *Dionysius Halicarn. Antiquit. Rom. VII.* addit autem, sua ætate hanc consuetudinem desiisse; apud Romanos tamen adhuc observari. FEITH. *L. IV. C. XI.* § *IV.*

Ἀπέταμνε] TATIANUS: Νέστορα μὲν, — τῶν ἵππων τὰς παρηορίας βραδέως ἀποτέμνοντα διὰ τὸ ἄτονον καὶ νωθὲς τῆς ἡλικίας, θαυμάζεσθαι. Nestorem quidem — jam imbecillem & gravem senecta equorum lora quamvis invalide & tarde abscindentem admirationem mereri. Ad quæ verba *Conr. Gesnerus* notat: Equo Nestoris in pugna a Paride sagitta vulnerato, Nestor lora, quibus utrinque trahitur currus, abscindebat, ut relicto curru facilius evaderet. Interpres Græcus in h. l. verbum ἀπέταμνε de industria positum scribit in tempore imperfecto, ut tarditas in abscindendo Nestoris senectâ languidi, quamvis animo prompti indicaretur. *Orat. ad Græcos.* §. *LI. p.* 111. (Edit. Oxon. 1700.)

v. 88.

Ἀΐσσων, insurgens: ὁρμῶν, τέμνων.

v. 89.

Ἰωχμὸς, ȣ, ὁ, pro διωγμὸς, *per Aphær.* τȣ δ. persecutio, hostilis infestatio, tumultus bellicus, turba insequentium. a διώκω, insequor, persequor.

v. 90.

Ἀπὸ θυμὸν ὄλεσσεν, vitam perdidisset.

v. 91.

Ὀξὺ νόησε, illico animadvertisset.

v. 94.

Μεταβάλλω *h. l.* inverto, adverto.

Μετὰ νῶτα βαλὼν, tergo obverso.

Κακὸς ὣς, ἐν ὁμίλῳ, velut *ignavus*, in turba. *Eustath.* κακὸς σημαίνει τὸν δειλόν. Apud *Dionys. Halic. Antiq. Rom. Lib. VI.* Dictator Romanus milites ad strenue pugnandum excitaturus, ait: Ἀποθανεῖν μὲν γὰρ πᾶσιν ἀνθρώποις ὀφείλεται, κακοῖς τε καὶ ἀγαθοῖς· *Omnes enim homines debent mori*, ignavi & *strenui.*

v. 95

(ὅρα) Μή]ις τοι — *Cave*, ne quis tibi —
Ἐν δορυ πήξῃ, hastam infigat.

v. 96.

Γέρον]ος απώσομεν — a sene propellamus.

v. 97.

Ἐσακούω, *pro* εισακούω, exaudio.
Πολυ λας Ὀδυσσεὺς] Virgilio, *infelicis Ulyssei.* Horatio, *patientis Ulyssei.* CLARK. πολυ]λας, ὁ, multa passus seu perpessus, multis miseriis conflictatus, patiens, ærumnosus. ex πολὺς, & τλάω, tolero, patior.

v 99

Αυ]ός περ εὼν] καίπερ μόνος ὤν. *Schol.*

v. 104.

Ἠπεδανὸς, ἡ, ὸν, claudus. 2.) infirmus, debilis. 3.) sensibus captus, stolidus. *quasi* ἀπεδανός. ex α priv. & πεδανὸς, firmus

Βραδὺς, εῖα, ὺ, tardus, segnis.

v. 106.

Πεδίοιο, per campum.

v. 108.

Ἑλόμην, *hic* cepi.

v. 109.

Θεράπον]ε, famuli, *tuus* & *meus.*
Κομεί]ων, curent præs. imperat. num. dual. *contr.* pro κομεέ]ων, v. κομέω, ῶ, curo, curam gero.
Τώδε δὲ νῶϊ] τούτους δὲ, δηλονότι τοὺς Διομήδους, ἡμεῖς. *Schol.*

v. 111.

Ει καὶ ἐμὸν δόρυ μαίνε]αι εν παλάμῃσιν.] *Ce que peut ce javelot entre les mains de Diomede.* Par l'expression Greque, *si ma pique est furieuse entre mes mains*, Homere donne de l'ame à cette pique. — Ce stile d'Homere, d'animer ainsi les choses les plus insensibles, comme les épées, les lances, les rochers, est très-conforme à celui de l'Ecriture sainte. C'est ainsi que David anime la fleche de Jonathan & l'épée de Saül, quand il dit au second Livre des Rois, l. 22. *A sanguine interfectorum, ab adipe fortium sagitta Jonathæ nunquam rediit retrorsum, & gladius Saül non est reversus inanis.* DAC.

v. 113.

V. 113.

Κομείτην, curabant. 3. dual. imperf. ind. Act. *Jon.* pro ἐκομείτην, v. κομέω.

V. 114.

Ἀγαπήνωρ, ορος, ὁ, amans fortitudinis, virtutis, *vel* virorum amans, *vel* fortis, ſtrenuus. ex ἀγαπάω, amo, & ἠνορέα, ας, *vel* εη, ης, ἡ, virilitas. ab ἀνὴρ, vir. Eſt & nom. proprium, *Iliad. B. v.* 609.

V. 115.

Βήτην, conſcenderunt. 3. dual. aor. 2. ind. *Poët.* & *Jon.* pro ἐβήτην, v. βαίνω.

V. 118.

Νῆες — Ἑστᾶσ', Naves — Stant. Sæpius verbum στῆναι de *Navibus* usurpari, ostendit *Joan. Jensius* Ferc. Literar. p. 44. Conf. WOLFII *Cur. Philol.* & PALAIR. *Observat. in Luc. V.* 2. καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην.

v. 44.

Μυκήνηθεν, a Mycenis.

v. 45.

Μενέουσι, manebunt.

v. 46.

— — — Εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ,
Φευγόντων σὺν — — —
— — — *Si vero* (velint) *& ipsi,*
Fugiant cum — — —

Ad quem locum *Eustathius*: Ἀντὶ τοῦ, εἰ δὲ βούλονται, φυγέτωσαν καὶ αὐτοί. Verbi βούλεσθαι secunda tertiave persona

sona desideratur post εἰ δὲ, inprimis apud Poëtas. *Eodem Libro* deinceps:

Εἰ δ', ἄγε &c.

Ubi *Eustath.* iterum: Τοῦτ' ἔστιν, εἰ δὲ βούλεσθε. BOS *Ell. Gr. p.* 264.

v. 47.

Φευγόντων, *Attic.* pro φευγέτωσαν. præs. imper. Vid. ad Θ. *v.* 517.

v. 49.

Σὺν Θεῷ, favente Deo.

Εἰλήλουθμεν, venimus. pro εἰληλούθαμεν, *Poët.* Vid. ad *A. v.* 202.

v. 53.

Πέρι, eximie. *subintell.* πάντων, supra omnes.

v. 54.

Μετὰ *h. l.* inter.

Ὁμῆλιξ, ικος, ὁ, ἡ, qui ejusdem ætatis est: æqualis. ex ὁμοῦ & ἧλιξ, ικος, *idem.*

Ἔπλευ *idem quod* ἐστὶ, es. Dicitur autem *per Sync.* pro ἐπέλευ: hoc vero *Jon.* vel *Dor.* pro ἐπέλου. v. πέλομαι.

v. 55.

Οὔτις τοι τὸν μῦθον ὀνόσσεται, ὅσσοι Ἀχαιοί.

Neque quisquam Achivorum hoc verbum carpet.

pro οὔτις Ἀχαιῶν· Vid. HOOG. *ad* VIG. *de Gr. Dict. Idiot. C. III. S. IX. R. I.* (*N.* 53.)

v. 56.

Πάλιν *hic* contra. πάλιν ἐρέειν, contradicere.

Τέλος ἵκεο μύθων, ad finem pervenisti consiliorum.

v. 57.

Εἴης, esse posses.

v. 59.

Ἀργείων βασιλῆας, *erga* Græcorum reges, *vel* Argivorum regibus.

v. 60.

Γεραίτερος, senior. *Comparat.* a γεραιὸς, senex.

v. 61.

Ἐξείπω, Eloquar.

Διέξομαι, persequar.

v. 62.

v. 62.

Ἀτιμήσει, improbaverit.

v. 63.

Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος] E patria, e tribu, e familia omni ejectus. *Nam nec privatos Focos, nec publicas Leges videtur, nec Libertatis jura cara habere, quem Discordiæ, quem Cædes civium, quem Bellum civile delectat.* Cicero, Philipp. 13. CLARK.

Ἀφρήτωρ, ορος, ὁ, qui est extra tribum. 2.) osor civilis societatis. ex α priv. & Φρήτωρ, *Jon.* pro Φράτωρ, tribulis.

Ἀθέμιστος, ου, ὁ, ἡ, injustus, nefarius. ex α priv. & Θέμις, jus.

Ἀνέστιος, ου, ὁ, ἡ, sine domo, sine lare, domo & sede propria carens, incertis sedibus vagans. ex α priv. & ἑστία, ἡ, focus, lar, domus, familia.

Ἀφρήτωρ, — ὃς πολέμου ἔραται *Bud.* exponit: Nec in Deos, nec in cives, nec in familiam suam est pius, qui bello delectatur.

RICC. *Dissert. Hom. Tom. III. p.* 272. *sq.* §. *XVIII.* De *formula* Anathematis *Ethnicorum.* Docet Nestor *h. l.* quam omnia jura & vincula humanæ societatis violet & perfringat, adeoque ab ea seclusus & repulsus sit, qui bella intestina concitat & fovet.

Ἀφρήτωρ, *hoc est*, (ut interpretatur Cl. *Daceria*) a communione suorum vel consanguineorum, vel contribulium excluditur, *quasi dicat* Φρητρίαν οὐκ ἔχων· Ἀθέμιστος, *hoc est*, exulat a Religionis conventibus. Ἀνέστιος, *hoc est*, nequit a quoquam sine piaculo domo mensaque excipi. Nonne hac formula pæne exprimitur Christiana multa, qua quis in scelere contumax ab Ecclesiæ communione rejicitur?

v. 64.

Ἐπιδήμιος, ου, ὁ, ἡ, versans in populo. 2.) civilis. 3.) domesticus. 4.) popularis. 5.) publicus. 6.) peregrinus. *hic* πόλεμος ἐπιδήμιος bellum civile, *vel* intestinum. ex ἐπὶ & δῆμος, populus.

Πολέμου ἔραται, bellum amat. Verba *appetendi* seu *concupiscendi* Genitivum adsciscunt per ellips. præposit. περὶ *vel* τὴν κλῆσιν τινός. v. 66.

v. 66.

Φυλακτὴρ, ῆρος, ὁ, custos, excubitor. a φυλάσσω, custodio: custodias ago, excubo.

v. 67.

Λεξάσθων, Incubent.

Τάφρον ὀρυκτὴν, fossam, quam fodimus.

v. 69.

Βασιλεύτατος, rex maximus; regno dignissimus. a βασιλεὺς, rex. Est etiam *Comparat.* βασιλεύτερος, augustior, qui regiam majestatem magis quam ceteri præ se fert; regno dignior. *v.* 160. *hujus Libri.* Formantur nempe Gradus quidam a Substantivis. Vide ad *Il. B. v.* 285.

v. 70.

Δαίνυ, præbe convivium. præs. imperat. Act. *per Apocop.* pro δαίνυθι, v. δαίνυμι, convivium præbeo, epulas do.

Ἀεικὴς, έος, *h. l.* non consentaneus, indecens, indecorus. ex α priv. & εἴκω, similis sum. Hinc

Ἔοικέ τοι, tibi consentaneum est, te decet.

v. 69. 70.

Convivium præcipue *exhibere solebant viri Principes.* Nestor id ab Agamemnone ex more & æquo fieri postulat.

Ἀτρείδη, σὺ μὲν ἄρχε· σὺ γὰρ βασιλεύτατός ἐσσι.
Δαίνυ δαῖτα γέρουσιν. ἔοικέ τοι, οὔτοι ἀεικές.

Atride, tu quidem iis imperium da: nam tu rex maximus es.
Præbe convivium senibus: decet te, nequaquam indecorum.

Sic Alcinous Phæacum rex optimatibus convivium parat. *Odyss. VII. v.* 13. *& seq.* Telemachus etiam

— — — Δαῖτας ἐΐσας
Δαίνυται, ἃς ἐπέοικε δικασπόλον ἄνδρ' ἀλεγύνειν·

— — — *Epulis justis*
Epulatur, quæ decet jura tractantem virum curare.

Odyss. XI. v. 184. *sq.* Honori autem maximo ducebant hanc invitationem; ut liquet ex eo, quod præmii loco exploratori promittitur *Iliad. X. v.* 217.

Αἰεὶ δ' ἐν δαίτῃσι καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσται·
Semperque in conviviis & epulis aderit.

FEITH. *L. III. C. IV. §. III.*

v. 72.

v. 72.

Ἠμάτιος, ία, ιον, quotidianus. ab ἦμαρ, dies. *Poët.* pro ἡμέρα. Ἐπὶ *h. l.* per.

v. 73.

Πᾶσά τοι ἔσθ' ὑποδεξίη, Omnis tibi adest ad excipiendum apparatus.] ἀντὶ τοῦ, περιουσιάζῃ τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ πάντ' ἔχεις τὰ πρὸς ξενίαν, καὶ ὑποδοχὴν γερόντων ἐπιτήδεια. *Eustath.*

Ὑποδεξίη, ης, ἡ, apparatus, quo quis excipitur. 2.) commoditas *vel* opportunitas excipiendi. ab ὑποδέχομαι, excipio *vel* accipio epulis. BOS *Ellips. Gr. p.* 187. autem inquit: Ὑποδεξίη notat *apparatum*, quo quis *excipitur.* Sed quoniam est vox adjectiva, in ea subaudiri debet σκευὴ vel σκευασία, *apparatus.*

Πᾶσά τοι ἔσθ' ὑποδεξίη, scil. σκευασία·

Omnis tibi apparatus est, quo eos accipere queas.

v. 74.

Πολλῶν ἀγρομένων, Multis congregatis.

Τῷ πείσεαι, illi obsequaris.

v. 75.

Βουλὴν βουλεύσῃ, consilium dederit. Vid. ad B. *v.* 788.

Μάλα δὲ χρεὼ πάντας Ἀχαιοὺς,

Valde enim opus *est* omnibus Græcis *consilio.*

plene: μάλα δὲ χρεὼ βιάει *vel* ἱκάνει πάντας Ἀχαιοὺς βουλῆς. valde enim necessitas opprimit *vel* urget omnes Græcos consilii.

v. 74. 75.

Veteres non solum cibo & ludis, sed sermonibus etiam convivas reficiebant: & eorum judicio μᾶλλον ἡμᾶς τῇ μεθ' ἑαυτῶν συνουσίᾳ προσῆκον ἐστὶν εὐεργετεῖν, ἢ τῷ πλήθει τῶν παρατιθεμένων, *magis decet mutua consuetudine amicis gratificari, quam multitudine ferculorum*, ut *Athenæi* verbis utar *Lib. X. Cap. V.* Quin & vetus consuetudo fuit de rebus seriis & maximi momenti inter convivandum agere: unde observat *Plutarchus Sympos. Lib. VII. Quæst. IX.* Nestorem auctorem fuisse Agamemnoni, ut convocatis ad convivium Græcorum optimatibus consilium caperent. POTT. *Tom. II. p.* 342.

v. 76.

v. 76.

Δήϊοι, hostes.

v. 78.

Διαῤῥαίω, profligo, corrumpo, disperdo, destruo, ex διὰ & ῥαίω, *idem.*

v. 80.

Ἐκ — ἐσσεύοντο, propere exierunt.

v. 81.

Ἀμφὶ Νεστορίδην Θρασυμήδεα, Nestorideſque Thraſymedes. De hujusmodi loquendi ratione vide ſupra ad Γ. 146.

v. 85.

Ἑπτ' ἔσαν — Septem erant —

v. 86.

Στείχω, ordine eo, ordine incedo.

v. 87.

Καδδὲ μέσον — Atque in medio —

v. 88.

Κήαντο, accenderunt. aor. 1. Med. v. καίω, uro, incendo.

Τίθεντο, appoſuerunt.

v. 90.

Μενοεικὴς, έος, ὁ, ἡ, animo gratus, animum permulcens. ex μένος & εἴκω.

v. 91.

Ὄνειαρ, ατος, τὸ, utilitas, emolumentum. ὀνείατα, cibi: epulæ. ab ὄνημι, juvo.

Ἑτοῖμος, *Attic.* pro ἕτοιμος, ου, ὁ, ἡ, paratus.

Χεῖρας ἴαλλον, manus extenderunt.

v. 97.

Ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι·] σύ μοι καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος ἔσῃ τῶν λόγων. *Schol.*

v. 100.

Τῷ, ideo.

Φάσθαι ἔπος, dicere ſententiam.

v. 101.

Κρηῆναι — ἄλλῳ, perficere — alterius *conſilium.*

v 102.

Εἴπῃσιν εἰς ἀγαθόν·] ἀγαθὴν εἰσενέγκασθαι γνώμην. *Schol.*

Σέο δ' ἕξεται, ὅ, ττι κεν ἄρχῃ· penes te autem erit, quic-

quicquid optimum visum fuerit. *Vel:* a te etenim pendebit, quidquid prior *quis* dixerit. *Le bon avis, dès que vous l'aurez suivi, deviendra le vôtre, & vous fera autant ou plus d'honneur qu'à celui qui l'aura donné.* DAC.

v. 104.

Νόος *h. l.* sententia.

Νοήσει, excogitaverit.

v. 106.

Ἐξέτι τοῦ, ὅτε, Ex eo *tempore*, quo. ἐξέτι, *adv.* ab illo tempore, jam inde.

v. 109.

Πόλλ', multis.

Ἀπομυθέομαι, οῦμαι, dehortor, dissuadeo, prohibeo, interdico. ex ἀπὸ & μυθέομαι, dico, loquor.

v. 115.

Ψεῦδος, *pro* κατὰ ψεῦδος, per mendacium, *i. e.* falso.

Ἄτη, ης, *h. l.* erratum, delictum.

Καταλέγω, *h. l.* recenseo, enumero.

v. 116.

Ἀασάμην, peccavi. Vid. ad Θ. *v.* 237.

— — — ἀντί νυ πολλῶν

Λαῶν ἐστὶν ἀνὴρ, ὅντε Ζεὺς κῆρι φιλήσῃ.

Is, quem Jupiter carum habet, est instar multarum copiarum.

Vel: — — *multarum nempe instar*

Copiarum est vir, quem Jupiter ex animo dilexerit.

Ἀντὶ cum gignendi casu sæpissime est *pro*, (sed quatenus significat *loco*,) vel *instar*. Hunc usum servat etiam in compositione, ut in ἀντάξιος *Il.* Λ. *v.* 514. ubi Hom. Machaonem laudans ait:

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων·

Nam multis aliis medicus præstantior unus.

seu potius: *Multorum aliorum instar.*

VIG. *Idiot. C. IX. S. I. R. IX. & N.* 72.

v. 119.

Λευγαλέος, έα, έον, perniciosus, exitiosus: malus, malignus. *quasi* λοιγαλέος. a λοιγὸς, οῦ, ὁ, pernicies, exitium.

v. 121.

Ἐν, *h. l.* coram.

V. 122.

"Απυρος, ου, ὁ, ἡ, ignis expers, ignem non expertus, i. e. crudus. *item*, qui igni non admovetur. Τρίποδας ἀπύρους, i. e. τοὺς μὴ εἰς πῦρ χρησίμους, ἀλλ' ἀναθημάτικους, καινουργεῖς· τοὺς κόσμου χάριν τιθεμένους ἐν τῷ οἴκῳ· tripodas non aptos, qui igni admoveantur, ſed qui ſuſpendantur in ædibus ad ornamentum ſupellectilis. *Schol.* Idem dicendum de *lebete*. ex α priv. & πῦρ.

Τάλαντον, ου, τὸ, ſtatera, libra, trutina, lanx. 2) quod lanci imponitur ponderandum, nominatim *talentum*, pondus 125. librarum, ſumma pecuniæ Thalerorum 750. ſecundum computationem vulgarem, apud Atticos & Babylonios 1000.

Auri quoque *talenta* ſæpius Homerus collaudat, quæ ſignata apud Græcos fuiſſe, ſatis notum. Quanquam pondere potius quam figura, apud illum videntur cenſa; eoque non ita magno: uti liquet ex ludis habitis in funere Patrocli; *Iliad. XXIII. v.* 269. ubi *ultimi præmii loco ponuntur* δύο χρυσοῖο τάλαντα, *duo auri talenta.* Quod poſt *Scholiaſtem Homeri* etiam notavit *Servius* ad *Æneid. Lib. V. v.* 112. FEITH. *L. II. C. X.* §. *III.*

V. 123.

"Αιθωνας λέβητας, ſplendidos lebetas.

Λέβης, ητος, ὁ, lebes, ahenum, cacabus. 2.) pelvis.

V. 124.

Πηγὸς, ἡ, ὀν, bene compactus & compoſitus. 2.) niger. 3.) albus *ſeu* niveus, qualis eſt glaciei color. a πηγνύω, υμι, compingo.

Ἀθλοφόρος, ου, ὁ, ἡ, victor certaminis, palmam ferens. ex ἆθλον, ου, τὸ, certaminis præmium; & φέρω, fero, reporto.

Ἀέθλιον, ου, τὸ, certaminis præmium. ab ἀεθλέω, ῶ, certo, dimico.

Ποσσὶν *Metonym.* pro *velocitate pedum.*

"Αροντο, reportarunt.

V. 125

Ἀλήϊος, ου, ὁ, ἡ, ſegetes non habens. 2.) ſine præda. 3.) *h. l.* pauper. ex α priv. & λήϊον, ſeges, *vel* ληΐη, præda.

V. 126.

Ἀκτήμων, ονος, ὁ, ἡ, inops, pauper. ex α priv. & κτάομαι, possideo.

V. 127.

Ἠνείκαντο, attulerunt. *Ion.* pro ἐνέγκαντο, v. φέρω, fero.

V. 128.

Γυναῖκας ἀμύμονας, mulieres forma præstantes. *Alii:* ἀμύμονα ἔργ' εἰδυίας, præstantium operum scientes.

V. 129.

Præter legitimas uxores fuerunt antiquioribus Græcis etiam in usu aliæ fœminæ, quibuscum cubabant. Talis Achilli Briseïs, quam lecti sui gratia se servaturum pronuntiat. *Il. I. v.* 31. Ἄλοχος, *uxor* inde dicta *Il. IX. v.* 336. Ibi quoque absente Briseïde cubat cum Diomeda Lesbia muliere, uti Patroclus cum Iphi. *v.* 660. *sqq.* Ita etiam Nestori ac Phœnici suæ sunt fœminæ, lecti sociæ. *Erant illæ plerumque servæ in bello captæ, aut pretio coëmptæ:* cujusmodi *h. l.* mulieres Lesbiæ, quæ dicuntur fuisse in tentoriis Agamemnonis. Serva item, ex qua Menelaus suscepit Megapenthem, cum non amplius esset pariendo Helena, *Odyss. IV. v.* 11. *sq.* Similiter ea, qua se natum fingit Ulysses, *Odyss. XIV. v.* 202. *sq.*

— — Ἐμὲ δ' ὠνητὴ τέκε μήτηρ,
Παλλακίς. — — —

— — *Me autem emta peperit mater,*
Pellex. — — —

Postremum hoc genus παλλακίδες, *pellices*, Hebræa voce dixerunt, quæ legitimis uxoribus superinducebantur. FEITH. *L. II. C. XVII. §. I.*

V. 130.

Ἐξελόμην, elegi, delegi.

V. 131.

Μετά, inter *eas.*
Ἀπηύρων, abstuli.

V. 132.

Ὀμοῦμαι, ὀμεῖ, ὀμεῖται, Ἀττικῶς. ὀμόσω, [ὀμόσεις,] ὀμόσει, Ἑλληνικῶς. MOERIDIS ATTICISTÆ Λέξεις Ἀττικῶν καὶ Ἑλλήνων. (Edit. Lipſ. 1756.) p. 82.

V. 133.

v. 133.

Τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι, ejus *vel* cum ea cubile ascendisse.

Μιγῆναι, cum ea rem habuisse.

v. 134.

Θέμις, *h. l. idem quod* θεσμὸς, lex diuturna consuetudine confirmata, mos.

v. 135.

Αὖτε, *h. l.* insuper, *vel* posthac.

v. 137.

Νηησάσθω, impleat. aor. 1. imper. Med. v νηέω, glomero, cumulo, acervo, impleo, onero. a νέω, glomero, acervo.

v. 138.

Δατέομαι, ῦμαι, divido, partior.

Ληὶς, ίδος, ἡ, præda. a λεία, ας, ἡ, *idem.*

v. 139.

Ἑλέσθω, deligat.

v. 140.

Ἔωσιν, sint. *Poët.* pro ὦσι, præs. subj. v. εἰμί.

v. 141.

Οὖθαρ, ατος, τὸ, uber, mamma: *propr.* in belluis. *hinc* οὖθαρ ἀρούρης *Metaph.* ubertas soli, i. e. uberrimum solum, feracissima terra.

v. 142.

Γαμβρός κέν μοι ἔοι· *Tum vero* gener mihi sit.

v. 143.

Τηλύγετοι, uti Critici veteres annotarunt, apud *Homerum* liberi dicuntur, qui a parentibus in senectute vel saltem postremo gignuntur. ita *Cel.* I. AD. SCHIER ad *Moschi Idyll. IV. v.* 79.

Καί μοι τηλυγέτη ἐνὶ δώμασι παρθένος ἦσθα·

Et mihi unica in domo virgo esses.

Θαλίη, *pro* θάλεια, ας, ἡ, omnium rerum affluentia *seu* copia *aliquando* pro δαὶς θάλεια, convivium lætum. Vid. ad *H. v.* 475.

v. 146.

Ἀνάεδνος, ϐ, ἡ, dote carens, indotata. ex α priv. & ἕδνα, τὰ, dos, i. e. munera, quæ sponsus sponsæ dat. Sic dicitur sponsa respectu sponsi, a quo sponsalium

 mune-

munerum nihil accepit; & parentum, a quibus nihil dotis accepit.

v. 147.

Ἐπιμείλιον, τὸ, *seu* ἐπιμείλια, munera, quibus aliquem demulcemus; *aut* illa dos, quæ ſponſo datur. ex ἐπὶ & μείλιον, *idem.* Nam quidam ſcribunt disjuncta ἐπὶ μείλια, adeo ut ἐπὶ *per Tmeſin* a verbo δώσω dividatur. *Alii exponunt* dotem, qua demulcetur vir conjugem ducturus. *quod a* μειλίσσω, mellitum reddo. *Metaph.* verbis *vel* factis demulceo. *vel a* μέλει, curæ eſt.

Agamemnon Achilli pollicetur filiam ampliſſime dotatam,

— — *Ego vero dotalia dona dabo*

Permulta, quot adhuc nemo ſuæ dedit filiæ.

nempe *ſeptem pulcras ac bene cultas urbes. Scholiaſtes* προῖκα, *dotem* intelligit, & τὰ μείλια exponit εἰς μειλίσσονται τοὺς ἄνδρας, *quibus ſponſi bonum affectum alliciunt.* At *Heſychius* interpretatur τὸ ἐπίπροικον, *dotem adventitiam, dotisque acceſſionem, præter dotem profectitiam*, ut loquitur *Ulpianus.* Et videtur hoc poſtulare τὸ Ἐπὶ, quod in compoſitione habet vim amplificandi. Proinde hæ urbes erunt τῆς προικὸς ἐπίβλημα, καὶ προσθήκη, *dotis acceſſio & ſupplementum.* FEITH. *L. II. C. XIII. §. IV.*

v. 151.

Ζαθέας, inclytas: μεγάλας: θείας. *Schol.*

Βαθύλειμος, ου, ὁ, ἡ, profunda habens prata, læta habens paſcua, herboſus, pratoſus. ex βαθὺς & λειμὼν, paſcuum, pratum.

v. 153.

Νέαται, *detracto augmento*, pro νενέαται; *hoc autem* pro νένηνται, a νένημαι, perf. Paſſ. v. νέω, ſignificantis *ſtruo, acervo.* vel a νέω, *Jon.* pro νάω, pro ναίω, *habito*: adeo ut exponi poſſit:

Πᾶσαι δ' ἐγγὺς ἁλὸς νέαται —

Hæc omnia oppida juxta mare habitantur, *vel* juxta mare ſtructa ſunt.

Πύλου, Pylum *verſus.*

v. 154.

Πολύῤῥην, ηνος, & πολύῤῥηνος, ου, ὁ, ἡ, multas oves poſſidens, multos agnos habens, pecudibus abundans. &

& *per consequens*, dives, opulentus. ex πολὺς, & ῥὴν, νὸς, ὁ, ovis.

Πολυβούτης, ου, ὁ, ἡ, multas boves *seu* multa pecora habens, bobus abundans. ex πολὺς & βοῦς, bos.

v. 155.

Δωτίνη, ης, ἡ, donum *sive* munus, quod consumitur, *ut* vinum, vestis, &c. a δίδωμι.

v. 156.

Θέμιστες *etiam* tributa & vectigalia, quæ principibus solvuntur, *significant*.

Etiam *tributa* fuerunt Regibus *persoluta*, ut constat ex *h. l.* ubi Agamemnon Achilli pollicetur, se cum filia daturum septem oppida, viris divitibus ac opulentis habitata, qui eum multis muneribus prosecuturi sint,

Καί οἱ ὑπὸ σκήπτρῳ λιπαρὰς τελέουσι θέμιστας·

Et ejus sub sceptro opulenta solvent tributa.

Scholiastes: Ὅσα δεῖ βασιλέα λαμβάνειν παρὰ τῶν ὑπηκόων, εὐκόλως δώσουσι· τοῦτ' ἔστι καὶ ὑποταγέντες αὐτῷ κατὰ τὸ δίκαιον, λαμπροὺς τελέσουσι φόρους· *Reditus, quoscunque Regi debent subditi, haud ægre dabunt; seque hoc ipso justa ratione ipsi subditos esse profitentes, opulenta tributa solvent.* Ita jampridem apud antiquissimos etiam Reges certa onera fuerunt subditis sustinenda. Quæ belli urgentis tempore ingravata fuisse colligitur ex *Iliad. XVII. v.* 225. ubi Hector ait, *se donis ac commeatu exhaurire Trojanos ad alendos milites auxiliares.*

Τὰ φρονέων δώροισι κατατρύχω καὶ ἐδωδῇ

Λαούς. — — — —

FEITH. *L. II. C. III.* §. *III.*

v. 157.

Τελέσαιμι, præstabo.

Μεταλλήξαντι χόλοιο, si cessaverit ab ira. v. μεταλήγω, desino, desisto, cesso. Vide ad *v.* 260. 261. *hujus Il.*

v. 158.

Δμηθήτω, exorari se sinat: vincatur. aor. 1. imperat. Pass. v. δαμάω.

Ἀΐδης τοι — Pluto *solus*.

'Αμείλιχος, ου, ὁ, ἡ, implacabilis, aſper, durus. ex α priv & μείλιχος, ου, placabilis, blandus, mitis, placidus. quod a μειλίσσω.

Αδάμαστος, ου, ὁ, ἡ, indomitus, qui domari nequit, qui domitus non eſt, indomabilis: inexorabilis. ex α priv. & δαμάζω, domo.

v. 159.

Τοὔνεκα καί τε βροτοῖσι θεῶν ἔχθιστος ἁπάντων.] Ce'a eſt ſi vrai, qu'il étoit le ſeul des Dieux qui n'avoit nulle part ni temple ni autel, & à qui on ne chantoit ni hymnes ni cantiques,

Μόνος θεῶν θάνατος ου δώρων ἐρᾷ,
'Ου τ' ἀντιθύων, ουτ' ἐπισπένδων ναοῖς,
'Ου βωμός ἐστιν ουδὲ παιονίζεται,
Μονου δὲ πειθὼ δαιμονων ἀποστατεῖ.
Mors ſola Deûm non amat munera,
Nec ullus ei ſacrificat aut libat in templis;
Nullam habet aram, non celebratur hymnis,
Sed ab ea dæmonum ſola aliena eſt Suadela.

dit *Eſchyle.* DAC. Conf. præter alios etiam NAT. COMITIS *Mythol. Lib. II. Cap. IX. X. & L. III. C. XIII.*

v. 160.

'Υφίστημι, *h. l.* cedo.

'Οσσον, quatenus.

Βασιλεύτερος, major imperio. Vid. ad *v. 69. hujus Libri.*

v. 161.

Γενεῇ προγενέστερος, natu major.

v. 164.

'Ονοστὸς, ἡ, ὀν, aſpernandus: vituperandus, reprehenſione dignus. ab ὄνομαι, reprehendo, carpo, vitupero.

Αἰδοῖς, das.

v. 165.

Κλητοὺς ὀτρύνομεν, delectos excitemus. κλητὸς, ἡ, ὀν, vocatus; electus, delectus. a καλέω, voco.

v. 167.

'Ει δ' ἄγε,] Particulæ ει vis hujusmodi eſt: *Quod ſi meo conſilio parebis, age &c.* Vide ſupra ad Z. 376. CLARK.

'Επιόπτα-

'Επιόπτομαι, *five* ἐπόπτομαι, infpicio, vifo, invifo. 2.) diligenti facta invifione *feu* infpectione fecerno ac feligo. ex ἐπὶ & ὄπτομαι, video.

Πιθέσθων, pareant.

v. 168.

'Ηγησάσθω, fit dux.

v. 170.

'Επέσθων, fequantur.

v. 171.

Χερσὶν, ad manus *lavandas*.

'Ευφημέω, ῶ, celebro, laudo. *h. l.* lingua faveo, bona verba dico. ex εὖ & Φημί.

Obfervanda eft fingularis Græcorum *puritas*, qua tractandas fibi res facras duxerunt. Etenim *lavare manus* religiofe foliti, quoties erant vota Diis libanda, aut facra facienda. Sic Neftor *h. l.* pro felici legationis exitu Jovem precaturus, inquit:

Φέρτε χερσὶν ὕδωρ, ἐυφημῆσαί τε κέλεσθε,

Ferte manibus aquam, & linguis favere jubete.

Achilles oraturus pro falute Patrocli:

Νίψατο δ' αὐτὸς χεῖρας. —

Lavit autem ipfe manus. —

Iliad. XVI. v. 230.

Χερσὶν ἀνίπτοισι Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον.

Illotis manibus Jovi libare generofum vinum.

Iliad. VI. v. 266. quod totidem verbis cavet *Hefiodus* 'Εργοις *v.* 722. Achivi quoque facra facturi χερνίψαντο, *manus lavabant. Iliad. I. v.* 449. FEITH. *L. I. C. VI.* §. *I.*

v. 172.

Antiquorum Græcorum pietas ac reverentia erga Deos maxime elucet in continuis precibus ac votis, quibus illos colebant; neminem enim, nifi plane vecordem, quidquam magni aut parvi momenti, antequam Deorum confilium & opem imploraffet, fufcepiffe indicat *Plato* in *Timæo*, nimirum ut eorum incepta felicem exitum confequerentur. Neque id a Philofophis folum præceptum, fed etiam moribus receptum fuiffe, ex Poëtis aliisque vetuftiffimis Auctoribus conftat. *Homerus* veterum Heroum pietati teftimonium ubique perhibet:

namque apud eum *h. l.* Neſtor Legationem obiturus ad Achillem; Priamus ab eodem repetiturus Hectoris cadaver, *Iliad. XXIV. v.* 308. Ulyſſes exploraturus Trojanorum caſtra, *Iliad. X. v.* 277. denique quicunque prælium cum hoſtibus inituri ſunt, Deorum immortalium opem & auxilium expoſcunt. POTT. *Tom. I. p.* 261. add FEITH. *L. I. C. VII. §. II.* LAKEM. *P. III. C. II. §. IV.*

v. 173.

Ἑαδὼς, placens: gratus. præt. part. Med. ab ἕαδα, *Attica* ſeu *Jonica reſolutione diphtongi* pro ἧδα, præt. Med. v. ἁνδάνω, *ſeu* ἅδω, placeo.

v. 180.

Δενδίλλω, oculos huc illucque verto, circumſpicio, nutu & geſtu moneo. a δινέω, volvo; & ἴλλω, oculis conniveo, *vel* oculos volvo.

Ὀδυσσῆϊ δὲ μάλιστα,] Quippe cujus prudentiæ & ſapientiæ maximam habuit fiduciam. CLARK.

v. 181.

Πεπίθοιεν, flecterent.

v. 182.

Τὼ δὲ βάτην] Nempe *Ajax* & *Ulyſſes*: ut recte *Schol. Victorian.* Nam *Phœnix* non erat ipſe legatus, ſed legatorum ad *Achillem* alumnum ſuum ductor. *v.* 168. CLARK.

v. 183.

Εὐχομένω, vota facientes.

Γαιήοχος, ου, ὁ, terram cingens & continens, qui terram ſuo ambitu complectitur. Epith. *Neptuni.* ex γαῖα, ἡ, & ἔχω. vel *quaſi* γαίαν τοῖς ὄχοις, ἵππιος enim eſt. vel *quaſi* ἐπὶ τῆς γῆς ὀχόμενος, qui terra ſuſtinetur.

v. 184.

Ῥηϊδίως πεπιθεῖν] *ut legati facile flecterent &c.*

v. 187.

Ἐπὶ, *h. l.* ſuperne.

v. 188.

Ἄρετ', ceperat.

v. 189.

Κλέα ἀνδρῶν, præclara facinora virorum.

v. 186.—

v. 186 — 189.

Cum *Homeri* tempeſtate Diis Deabusque *Muſica* tributa ſit, hinc factum eſt, ut & Heroes ei fuerint dediti, & id ornamentum ſuarum virtutum reputaverint *ſcienter citbara cantaſſe.* Sane legati Agamemnonis miſſi ad Achillem interrogatum, quid in re dubia & ancipiti facto opus ſit? an pugnæ inſiſtendum, an capeſſenda fuga?

Τὸν δ' εὗρον (ait *Homerus,*) φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ, κ. τ. λ.

JAC. FRID. REIMMANNI *Ilias poſt Homerum. Sect. II. Cap. III. §. IV.*

v. 190.

Ἐναντίος ἷϛο σιωπῇ, e regione ſedebat tacitus.

v. 191.

Δέγμενος, exſpectans.

Αἰακίδην] τὸν Ἀχιλλέα, τὸν ἔκγονον τοῦ Αἰακοῦ· πατρωνυμικῶς. *Schol.*

Λήξειεν ἀείδων, deſineret canere.

v. 192.

Τὼ δὲ βάτην προτέρω· Hi vero progreſſi ſunt ulterius.] *Ulyſſes* & *Ajax* ,ductore *Phœnice.* Vide ſupra ad *v.* 182. CLARK.

Ἡγεῖτο δὲ δῖος Ὀδυσσεύς.] *Ajaci* præibat *Ulyſſes*, cujus erant præcipuæ videlicet in perorando partes: Ducebat autem ambos *Phœnix.* IDEM.

v. 193.

Σἶάν, ſteterunt. *Jonica detractione accentus* pro ἕϛαν; hoc vero *Bœotica Syncope* pro ἕϛασαν, aor. 2. ind. Act. v. ἵϛημι.

Ταφών, miratus, attonitus, ſtupefactus. Vid. ad. Δ. *v.* 243.

v. 194.

Αὐτῇ σὺν φόρμιγγι] Amicis inopinato advenientibus aſſurrexit incompoſitus. CLARK.

Θαάσσω, ſedeo.

v. 195.

Ὡς δ' αὔτως — Eodem modo & —

v. 196.

Δεικνύμενος, dextra prehendens: humaniter ac comiter excipiens. *Schol.* δεξιούμενος, φιλοφρονούμενος.

v. 197.

Χαίρετον, Salvete. χαῖρε, falve. imperat. v. χαίρω, aliquando eſt *ſalutantis*, ut *hic*. aliquando *valedicentis*. aliquando etiam *concludentis*.

Ἱκάνετον, veniſtis.

Ἦ τι μάλα χρεώ, certe aliqua magna neceſſitas *urget*.

Ἦ τι μάλα χρεὼ, Οἵ μοι σκυζομένῳ περ-φίλτατοι] Summa certe neceſſitate adducti, ad me iratum veniſtis; vos tamen omnium mihi gratiſſimi veniſtis, etiam irato. CLARK. Princes, recevés les témoignages de mon amitié, quel que ſoit le motif qui vous amene : car ce n'eſt pas fur vous que s'étend ma colere, vous qui m'êtes les plus chers de toute l'armée. *Traduction libre de l'Iliade par Mr.* BITAUBE'. *p.* 205. (à Berlin. 1762.)

v. 198.

Φίλτατοί ἐστον, gratiſſimi eſtis.

v. 199.

Προτέρω ἄγε, ulterius duxit.

v. 200.

Εἷσεν, ſedere fecit.

Τάπης, ητος, ὁ, tapes, tapetium, tapetum, ſtragulum variis coloribus intertextum, *vel* villolum.

v. 202.

Μείζονα δὴ κρητῆρα] *Majorem* (*quaſo*) *craterem* &c.

Καθίστα, ſtatue: appone. præſ. imper. Act. *per Apocop.* pro καθίσταθι, v. καθίστημι, appono.

v. 203.

Ζωρός, ὁ, ὁ, merus, non mixtus. *frequentius utuntur Comparat.* ζωρότερος, *ut hic.* ζωρὸς autem dicitur *quaſi* ζωηρός, vivacior potus.

Κέραιρε, miſceo. a κεράω, *idem.*

Ἔντυνε, apparo, adorno, inſtruo. ab ἔντεα, arma.

v. 202. 203.

Erant heroum pocula ampliora, ut iſtud Neſtoris, quod vix ac ne vix quidem juvenis ſuſtinebat, *Iliad. XI. v.* 635. illud item, quo ter exhauſto obrutus immanis Cyclops docet. *Odyſſ IX. v.* 391. *ſeqq.* Quoties vero genio indulgebant, majora pocula eaque meracius miſta, flagitabant. Factum ab Achille *h. l.* cum exciperet legatos.

Majorem

Majorem jam craterem Menoetii fili appone,
Meraciusque misce, poculumque para unicuique.
FEITH. *L. III. C. II.* §. *VI.*

v. 204.

Ἐμῷ ὑπέασι μελάθρῳ, meo sunt sub tecto. ὑπέασι *Jon.* pro ὕπεισι, v. ὕπειμι, sub — sum.

v. 206.

Κρεῖον, ου, τὸ, ahenum, vas ad recondendas carnes, vas carnarium, carnium receptaculum, carnarium. a κρέας, ατος, τὸ, caro. *Alii accipiunt* pro κρέας.

Κρεῖον μέγα] Veteres dubitarunt caro esset intelligenda, an lebes, ut patet ex Eusthath. Schol. Lips. nihil de hoc verbo dixit. Quo minus caro intelligatur, impediunt sequentia. Nec vero lebes intelligitur, in quo coquantur carnes. Assa caro est semper in cœnis Homericis. Nec in eodem lebete coquuntur variæ carnes. Sed κρεῖον est, mea sententia, τράπεζα μαγειρικὴ, in qua carnes ponuntur, secantur, ut deinde verubus figi possint, quod sequentia docent. Ἐν πυρὸς αὐγῇ Schol. Lips. comparat cum ἐν ἡλίου αὐγῇ. Non posuit in aut super igni, sed prope ignem, in culina. ERN.

v. 208.

Σίαλος, ου, ὁ, porcus saginatus: παρὰ τὸ ἅλις σιτεῖσθαι, *quod sit affatim & pinguiter enutritus.*

Ῥάχις, εως, ἡ, spina dorsi: dorsum, tergum.

Τεθαλυῖα, præt. part. Med. v. θάλλω, vireo, floreo. 2.) pullulo. 3.) scateo. τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ, abundantem pinguedine.

Ἀλοιφὴ, ῆς, ἡ, pinguedo, unguentum, oleum. ab ἀλείφω, ungo.

v. 209.

Τῷ δ' ἔχεν Αὐτομέδων, Ipsi autem *Achilli* tenebat *carnes* Automedon.

v. 209 210.

In veteri Seculo quandoque Heroes ipsi coquorum officium peragebant, veluti cum Achilles *h. l.* carnes apparat. Aliquando κήρυκες, *servi* ἀνδρῶν τε θεῶν τε, ut Poëta loquitur, qui sacris ministrabant, & in civilis vitæ negotiis serviebant, coquorum opera præstabant: unde coqui

coqui veteres erant *θυληῆς ἔμπειροι*, *aruſpicii periti* : itemque *προίςαντο γάμων καὶ θυσιῶν*, *nuptiis & ſacrificiis præficiebantur*, tradente *Athenæo Lib. XIV. Cap. XXII.* Cupediarum & ſuperflui luxus nullos alebant magiſtros. POTT. *Tom. II. p.* 298. *ſq.*

v. 210. 211. &c.

Quanto cum artificio Poëta in rebus *minutis* narrandis, & hic & alias, ſententias ſingulas ſingulis verſibus abſolvat, vide ſupra ad *A.* 436. &c. & ad *B.* 102. CLARK.

v. 211.

Δαίω h. l. accendo.

v. 212.

Κατὰ — ἐκάη, deflagraverat.

Μαραίνω, marceſcere facio, marcidum reddo: extinguo. *μαραίνομαι*, marceſco, elangueſco, elangueo. Dicitur *πῦρ μαραίνεσθαι*, quando paulatim collabitur, & lenſim extinguitur.

v. 213.

Ἀνθρακιά, *ᾶς*, *ἡ*, carbonum *ſeu* prunarum congeries, ab *ἄνθραξ*, *κος*, *ὁ*, carbo.

Στορέω, *ῶ*, ſterno, proſterno, humi dejicio.

Ἐφύπερθε, & *θεν*, deſuper. ex *ἐπὶ* & *ὕπερθε*, *idem.*

Τάνυσσε, extendit.

v. 214.

Πάσσε δ' ἁλὸς θείοιο, inſperſitque ſale ſacro. *πάσσω*, inſpergo, conſpergo.

Ἁλὸς θείοιο] *Θείοιο*, *ἢ ὅτι τὰς φιλίας συνάγει*, *ἢ διὰ τὸ ἄσηπτα τηρεῖν τὰ πασσόμενα.* (quia a putredine conſervat res, quæ Sale conſperſæ ſunt.) *Schol. Victorian.* Vel, quia in univerſa vita plurimus ejus & communis eſt uſus; qua de cauſa *Aqua* itidem & *Lux* eandem habent appellationem. *Plutarch. Sympoſiac. Lib. V. Probl.* 10. CLARK.

Salis in omni cibatu permagnus fuit uſus, quem ideo laudans *Homerus* *θεῖον*, *divinum*, vocat. *Plato* vero *in Timæo* *Θεοφιλὲς*, *Diis acceptum.* Notavit hoc *Plutarchus Problem. Symp. Lib. V.* ubi multus in illius commendatione; aitque, *condimentum eſſe condimentorum*, *nec cedere luci*, *aquæ*, *terræ utilitate.* Itaque apud vetuſtiſſimos Græcos cum menſa ſemper ſal conjunctum; ut liquet proverbio:

ἅλα

ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν. *salem & mensam ne praeterent.* Et tenuiores homines dicti ἅλα λείχειν, *salem lingere*; seu, ut loquitur *Persius*, *Sat. V. v.* 138.

— — *Digito terebrare salinum.*

At singulare est, quod Homerus *Odyss. XI. v.* 122. quosdam refert Græciæ populos, qui

— — οὐδέ θ' ἅλεσσιν μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσι·

— — *neque sale mistam escam edunt.*

quos *Pausanias* in *Atticis* vult fuisse Epirotas, qui rudiores ea ætate, mare perinde ac sal ignorabant. FEITH. *L. III. C. I.* §. *VIII.* add. ERASMI *Adag. Chiliad. I. Cent. VI. Adag. X.* item *Chiliad. III. Cent. VII. Adag. XXXIII.* PITISCI *Lex. Antiq. Rom.* tit. *Sal.* POTT. *Tom. II. p.* 351. aliosque.

Κρατευτάων (pro ῶν, *Æol.*) ἐπαείρας, e fulcris elevans.

Κρατευταὶ, αἱ, veruum bases & fulcra, quibus imponuntur verua, dum infixæ carnes torrentur. (a κράτος, τὸ, robur, vis.) DAC. Κρατευταὶ étoient des pierres ou des morceaux de fer sur lesquels on appuioit les broches sur le feu : ces broches & ces fers faisoient la même chose que nos grils. *κρατευτάων ἐπαείρας, en les (ces viandes) levant de dessus leurs chenets.*

Ἐπαείρω, allevo, elevo.

v. 215.

Ἐλεὸς, οῦ, ὁ, mensa coquinaria.

v. 216.

Σῖτος *h. l.* panis.

Ἐπινέμω, distribuo, partior.

Τραπέζῃ, in mensa.

v. 217.

Κάνεον, *contr.* κανοῦν, canistrum, cista.

Ἀλλὰ κρέα νεῖμεν Ἀχιλλεύς· Sed carnes distribuit Achilles. *Distributoris cibi* officio veteres Heroes ipsi fungebantur, veluti cum ipse dividit legatis, qui ab Agamemnone venerant. Hoc hemistichium occurrit iterum *Iliad. Ω. v.* 626. neque pluribus exemplis opus erit. Quin etiam in seculis posterioribus legimus, in Sparta principes sæpe viros hoc ministerium obiisse; qualis erat Lysander, ab Agesilao ad id deputatus. Vid. *Plutarch. Sympos. Lib. II. Quæst. ult.* Et quamvis crescente luxu aliis in conventibus

bus exoleverat hic mos, tanquam *ἀκοινώνητος καὶ ἀνελεύθερος*, *insocialis & illiberalis:* tamen in sacrificialibus conviviis diu remansit, & nonnullis maxime placebat, quibus vetus frugalitas, & simplex vivendi ratio, præ deliciis & profusione sequentium seculorum arrisit. quamdiu enim æqualis portio singulis distributa fuit, raro aliquid turpe aut indecorum in conviviis contigit. Vid. *idem Auctor loco citato*, ubi disputat: *Rectiusne fecerint Veteres, qui in conviviis suam cuique portionem tribuerunt; an recentiores, qui cœnam in commune omnibus apponunt?* POTT. *Tom. II. p.* 324.

v. 219.

Τοίχου τοῦ ἑτέροιο, *ad* parietem alterum. *τοῖχος, ου, ὁ*, paries, murus domesticus.

v. 218. 219.

Ab heroicis usque temporibus invaluit, ut convivæ pro dignitate uniuscujusque collocarentur: unde in publicis conviviis *ὀνομακλήτωρ*, *nomenclator*, aderat, qui singulis loca sua assignaret, docente *Athenæo.* Constat apud *Hom.* quod *ἐν συμποσίοις ἄκροι καθῆνται οἱ ἀριστεῖς*, *in symposiis summus locus optimatibus fuit assignatus*, ut ait *Eustathius* ad *Il. Z.* nec in re tam manifesta exemplis immorari opus erit. Veruntamen certum sedendi ordinem indagare paullo difficilius est; id tamen maxime probabile videtur, eos longis ordinibus sedisse, in quibus Principes primam sedem utrinque vendicarunt: quo modo *h. l.* cum Achilles unum ordinem duxerit, ex adverso ipsi sedisse dicitur Ulysses tanquam legationis princeps. POTT. *Tom. II. p.* 314. add. FEITH. *L. III. C. V. §. II.*

v. 220.

Θυηλή, ῆς, ἡ, aruspicium, extispicium. *h. l.* libamenta; primitiæ sacrorum. a *θύω*, sacrifico

Veteres tanto religionis sensu imbuti fuisse perhibentur, ut cibo se replere nefas ducerent, prius quam ejus primitias Diis obtulissent. Qui mos ab Heroicis Seculis adeo invaluit, ut Achilles, quamvis a legatis urgeretur, qui media nocte accesserant, tamen ante cibum

— — *Diis sacrificare jubet*

Patroclum suum amicum; is autem libamina flammis injecit.

Et

Et Ulysses de se sociisque suis narrat, quod cum in antro Cyclopis essent, etiam tum

Accenso illic igne Diis sacra fecimus, deinde
Caseum acceptum comedimus. ———

In *Platonis* etiam & *Xenophontis Symposio* Diis sacra fiunt; solusque id Epicurus, aut si quis alius Deorum contemtor erat, neglexit. Quæ & alia huc spectantia observat *Athenæus*, *Lib. IV. Cap. XXVII.* POTT. *Tom. II. p.* 318. 319.

v. 223.

Νεῦσ' Αἴας Φοίνικι· νόησε δὲ θεῖος Ὀδυσσεύς] Nempe bellator erat, & ingenii subasperi *Ajax*, non orator. Itaque *Ulyssi* tributæ erant dicendi partes. Innuit autem Ajax *Phœnici*, qui *Achillis* altor fuerat atque assecla, eosque jam ad Alumnum suum duxerat; ut ipse, quod ad loquendum tempus esset opportunum, nutu significaret. CLARK.

v. 224.

Πλησάμενος οἴνοιο δέπας, impleto vino poculo.

Δείδεκτο, *Poët.* & *Jon.* pro ἐδέδεκτο, *propr.* susceperat. *h. l.* propinavit.

Πλησάμενος δ' οἴνοιο δέπας, δείδεκτ' Ἀχιλῆα·
Impletoque vino poculo, propinavit Achilli.

i. e. ἐδεξιοῦτο, ὅ ἐστιν, προέπινεν αὐτῷ, τῇ δεξιᾷ διδοὺς τὸ ποτήριον, *propinans poculum dextra obtulit.* inquit *Athenæus Lib. I.* Sed *Lib. X.* clarius rem exponit: πληροῦντες γὰρ προέπινον ἀλλήλοις μετὰ προσαγορεύσεως· *plenis poculis sibi invicem propinabant cum salutatione*; idque exemplo Alexandri docet, qui αἰτήσας ποτὲ ποτήριον δίχουν καὶ πιὼν προὔπιε τῷ Πρωτέᾳ. *cum aliquando poculum, quod duos congios capiebat, poposcisset, Proteæ id præbibit.* Ut proinde propinantes prægustatum leviter poculum sibi mutuo porrigerent. FEITH. *L. III. C. V.* §. *VII.* POTT. *Tom. II. p.* 329. 330. STUCKII *Antiq. Conviv. Lib. III. Cap. XIV. De propinandi methodo atque modo multiplici.* Vide etiam dicta ad *Il.* Δ. *v.* 3. 4.

v. 225.

Ἐπιδευεῖς *scil.* ἐσμὲν, indigentes sumus, indigemus. ἐπιδευὴς, έος, ὁ, ἡ, indigens.

v. 227.

Πάρεισι, adsunt.

v. 228.

Δαίνυσθ', ad epulandum.

Ἐπήρατος, ου, ὁ, ἡ, amabilis, optabilis, jucundus. ex ἐπὶ & ἔραμαι, amo.

v. 230.

Δοιὴ, ῆς, ἡ, dubium, dubitatio: cum, duabus menti propositis viis, nescit, utram sequi debeat. a δύω, duo. pro quo Poët. δοιω, & δοιοὶ, idem.

v. 231.

Δύσεαι ἀλκὴν] ἀναλαβὴς τὴν δύναμίν σου, καὶ καλέσθης εἰς τὸν πόλεμον βοηθήσων· Schol. indueris fortitudinem.

v. 232.

Αὖλις, ιδος, ἡ, domicilium, locus ubi pernoctatur, tentorium. h. l. castra. Ἔθεντο, posuerunt.

v. 233.

Copiæ quæque Priami magna ex parte *constitere ex auxiliariis*, qui finitima loca incolebant, etiamsi e longinquo etiam essent advocati, qui τηλέκλειτοι ἐπίκουροι, *e longinquo vocati auxiliares* dicti *h. l.* & *Il XII. v.* 108. Qualis fuit Memnon Æthiopum rex. *Odyss. XI. v.* 521 quem *Pausanias* in *Phocicis* narrat e Susis Persarum civitate ad Trojam cum numerosa manu venisse. FEITH. *L. IV. C. VII. §. IV.*

v. 234.

Κηάμενοι πυρὰ πολλὰ, accensis ignibus multis.

v. 235.

Σχήσεσθ', *pro* σχήσεσθαι, prohiberi *se* posse.

Ἀλλ' ἐνὶ νηυσὶ — πεσέεσθαι, quin in naves — invadant. πεσέεσθαι, *Jon.* pro πεσεῖσθαι, v. πίπτω, *h. l.* incido, invado, irrumpo, irruo.

v. 236.

Ἐνδέξιος, ία, ιον, qui est ad dextram. 2.) *h. l.* prosper, faustus.

Φαίνω, ostendo. *propr.* apparere facio alterum. Φαίνομαι, apparere facio me, *i. e.* appareo. De Activo ita scribit *Eustathius:* Φαινέμεν δὲ τὸ Φανερὸν, καὶ ἐμφανῆ ποιεῖν. DRESIGII *Comment. de Verbis Mediis N. T. p.* 488.

v. 239.

Λύσσα, *vel* ττα, ης, ἡ, rabies, furor, *propr.* canum.

Κρατε-

Κρατερὴ δὲ ἑ λύσσα δέδυκεν; ingens enim ipsum rabies subiit.

V. 241.

Ἀποκόψειν, *se abscissurum.*

Κόρυμβος, ου, ὁ, & κόρυμβον, τὸ, vertex, cacumen; *præcipue* montium. *h. l.* κόρυμβα, rostra, extremæ navium partes. Secundum *Eustath.* fit a κάρα, τὸ, caput. *item*, vertex.

Post victoriam adeptam domum in triumpho vehebantur victores, spoliis hostium onusti, & naves captivas abducentes; prout patet exemplo Alcibiadis apud *Plutarchum*, & Lysandri apud *Xenophontem Hist. Lib. II* quorum hunc coronis & sertis donarunt omnes civitates cum Lacedæmoniis confœderatæ, dum per illarum confinia iter faceret; qui mos apud Græcos semper viguit, a quibus ad Romanos manavit: nec archithalassus, milites, & nautæ soli, ex *Polyæno Lib. IV.* sertis decorabantur, sed & naves iis sterni solebant, juxta *Diodorum Lib. XIII.* ex hac autem consuetudine in extremum discrimen adducti sunt Rhodii; illorum enim naves captas hostes lauro coronarunt, & iis vecti urbem Rhodum subierunt magno cum civium applausu; teste *Vitruvio Lib II. Cap. VIII.* qui dolus in Græcia vulgaris fuit, juxta *Polyænum:* nec sertis tantum decorari solebant, sed & iis appendebantur naufragia & navium in pugna profligatarum fragmenta, præsertim ἄφλαστα, ἀκροστόλια, κορυμβα, aliaque ornamenta, quæ victores magno cum studio captabant, ut iis triumphum decorarent; quapropter *h. l.* de Hectore Græcorum classi internecionem minitante *Homerus* ait:

Στεῦται γὰρ νηῶν ἀποκόψειν ἄκρα κόρυμβα.
Affirmat enim navium se abscissurum summa rostra.

Hæc autem spolia dicebantur ἀκρωτήρια, iis navem exuere ἀκρωτηριάζειν, teste *Xenophonte Hist. Lib. VI.* Hac cum pompa victores domum repetebant, jubilatione, plausu, hymnis suavique musicorum instrumentorum symphonia toto pelago resonante; prout de Lysandro traditur a *Plutarcho.* POTT. *Tom. II. p.* 129. 130.

Græci *soliti Deorum imagines habere in navibus tutelæ ergo*; quales Phœnicibus Πάταικοι, *Pataci*, apud *Herodotum* in *Thalia*. τὰς οἱ Φοίνικες ἐν τῇσι πρῴρῃσι τῶν τριήρεων περιάγουσι· *Hos in triremium proris Phœnices circumferunt.* Similem morem in Homericis navibus obſervat *Vetus Scholiaſtes* ad *h. l.* ubi Hector jactat, ſe præciſurum navium ἄκρα κόρυμβα, *ſumma roſtra*: Ἐπειδὴ, inquit, ἐπὶ τῶν ἀκροστολίων ἦσαν ἀγάλματα καὶ εἰκόνες τῶν Θεῶν· *Quandoquidem in roſtris navium poſita erant ſimulacra Deorum, eorumque imagines.* &c. FEITH. *Lib. IV. C. XII. §. V.*

v. 242.

Μαλεροῦ πυρὸς, pernicioſo igne.

Μαλερὸς, ρὰ, ρὸν, uſtivus, conſumens: pernicioſus. *Ignis* Epith. ex μαλὸς, ἡ, ὸν, tener: exitioſus.

v. 243.

Δηώσειν, Interfecturum.

Ἀτυζομένους ὑπὸ καπνοῦ, attonitos in fumo. Supra Θ. 183. ἀτυζομένους περὶ καπνῷ.

v. 246.

Φθίσθαι, perire. *pro* Φθίεσθαι. Vide Φθίμενος Θ. 359.

Ἑκὰς Ἄργεος — longe ab Argo —

v. 247.

Ἄνα, ſurge.

Μέμονας, in animo tibi eſt.

v. 249.

Αὐτῷ τοι, ipſi *ſane* tibi.

Μετόπισθε, poſtea.

Μῆχος, εος, τὸ, artificium, commentum, conſilium. 2.) dolus, ars. Τι μῆχος, ullo modo.

v. 250.

Ῥεχθέντος κακοῦ — Acceptæ *jam* cladis —. ῥεχθέντος, a ῥέζω, facio.

Ἄκος, εος, τὸ, medela, medicina, remedium. ab ἀκέομαι, οῦμαι, medeor, ſano.

v. 251.

Φράζευ, Conſidera.

Ἀλεξήσεις, arceas.

v. 252.

Ὦ πέπον, *O amice.* Notent tirones, hanc vocem ex earum

earum esse numero, quæ neque in latino, neque forte in ullo alio sermone exprimi possunt. KREBSII *Animadv. in Plut. Comment. &c. p.* 177. Vide etiam dicta ad *B* 235.

v. 254.

Κάρτος, εος, τὸ, vires, robur: fortitudo. *per Metath.* pro κράτος.

v. 255.

Σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν Ἴσχειν ἐν στήθεσσι· Tu vero ingentes animos *vel* magnanimos spiritus *Contine* in pectoribus.— — Ληγέμεναι δ' ἔριδος κακομηχάνου· *Desine* autem a contentione noxia. Vide WELL. *Gramm. Gr. p.* 319. FISCH. *Animadv. in eam, p.* 338. HOOG. *ad* VIG. *C. V. S. III. R. IX.* (*N.* 68.) CLERICI *Art. Crit. P. II. S. I. C. X.* §. 17.

v. 256.

Φιλοφροσύνη, ης, ἡ, benevolentia, comitas, humanitas, 2) amicitia, familiaritas. ex Φίλος & Φρήν.

v. 259.

Λήθεαι, Oblivisceris.

v. 260.

Παῦε, Cessa.

Ἔα χόλον θυμαλγέα, mitte iram tristem.

— — σοὶ δ' Ἀγαμέμνων

Ἄξια δῶρα δίδωσι μεταλλήξαντι χόλοιο.

— — *tibique Agamemnon*

Munera digna dabit, si vis moderarier iræ.

μεταλλήξαντι χόλοιο *pro* ἐπὶ τῷ μεταλλάσσειν. Utuntur & Participiis Græci conditionaliter, ubi alias ἐὰν, εἰ, ἐφ' ᾧτε vel ἐπὶ τῷ cum Infinitivo dicerent. HOOG. *ad* VIG. *C. VI. S. I. R. XVIII.* (*N. XV.*) ita etiam est *v.* 157. *hujus Il.*

v. 262.

Εἰ δὲ,] Simile est atque Εἰ δ' ἄγε, Z. 376. Θ. 18. Π. 667. aliisque multis in locis; atque etiam *hoc ipso* supra *in Libro, v.* 167. CLARK. Quod si *vis.*

v. 279.

Νήσασθαι, impleas.

v. 281.

Ἐλέσθαι, deligas.

v. 288.

Ἄγεσθαι, ducas.

v. 300.

Κηρόθι, *adv.* ex animo, ex corde. a κέαρ, τὸ, cor, *contr.* κῆρ.

v. 302.

Κατὰ στρατὸν, in caſtris.

v. 303.

Σφι, apud ipſos.

Ἄροιο, tuleris.

v. 304.

Ἕλοις, interfeceris.

Σχεδὸν *h. l.* prope.

v. 306.

Ἔνεικαν, vexerunt: attulerunt. aor. 1. ind. Act. *Poët.* pro ἤνεγκαν, a *v. inuſit.* ἐνείκω *pro* φέρω, fero, affero.

v. 309.

Τὸν μῦθον, ſententiam *meam*, hanc orationem.

Ἀπηλεγέως, *adv.* ſæve, atrociter. *h. l.* aperte, intrepide. ab ἀπηλεγὴς, έος, ὁ, ἡ, nullius curam gerens, nullius reſpectum habens. 2.) ſævus, atrox: *quia, quos nullius cura aut reſpectûs movent, illi non trepidant. quod* ab ἀλέγω, curo, rationem habeo alicujus rei.

Ἀποείπω, *Poët.* pro ἀπείπω, dico: interdico, prohibeo, recuſo, refero.

v. 310.

Ἧι περ, Quemadmodum. ὡς, *idem.*

v. 311.

Τρύζω, *idem quod* τρίζω, murmuro, ſuſurro, ſtrido, ſtrideo: *obſtrepo. Vox per Onomatop. Sed propr.* turturis. *hinc* turtur *dicitur* τρυγών. *H.*

v. 312. 313.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος, ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει·
Illum odi tanquam infernum ipſum,
Qui aliud mente occultat, & aliud dicit.

Adverbia derivata a Nominibus Primitivorum Caſum retinent. POSS. *Synt. p.* 269. 270.

Cel.

Cel. ROLLIN *Manière d'enseigner &c. Tom. I.* (Ed. Paris. 1748.) *p.* 470. *sq.* Quelqu'un a dit que si la vérité étoit exilée du reste de la terre, elle devroit se trouver sur les lévres d'un Prince. Il doit donc avoir en horreur non seulement le parjure, mais tout mensonge & toute dissimulation. *Je hai*, dit Achille, *comme les portes de l'enfer celui qui pense d'une maniére, & parle de l'autre.* C'est ce que l'Ecriture appelle avoir deux langues, *bilingues*; avoir deux cœurs, *in corde & corde locuti sunt.* Heureuse expression! Les gens du monde ont deux cœurs: ils montrent l'un, & cachent l'autre. ils se croient en cela bien prudens: mais de quelle confusion seroient-ils couverts, si cette lâche duplicité étoit connue! *Os bilingue detestor. Prov. VIII.* 13. c'est ainsi que parle le Sage dans l'endroit même où il apprend aux Rois la maniére de régner sagement. Vid. etiam REIMMANNI *Ilias post Hom. p.* 630. *sq*

v. 315.

Οὔτε μέ γ'] Neque mihi *equidem* &c.

v. 316.

Ἐπεὶ οὐκ ἄρα τις χάρις ἦεν, quippe *ei* haud *unquam* gratia fuit *tributa.*

v. 317.

Μάρνασθαι — qui pugnaverit —

Νωλεμὲς, assidue, indesinenter. Vid. ad Δ. 428.

v. 318.

Ἴση μοῖρα μένοντι, καὶ εἰ μάλα τις πολεμίζοι·

Utique æqua pars datur cessanti, *vel* manenti (*in castris,*) ac si acriter quis pugnet. *Celui qui ne bouge de sa tente, a la même part au butin, que celui qui combat.* DAC.

v. 319.

Ἰὸς *h. l.* idem.

Ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς, ἠδὲ καὶ ἐσθλός·

Le vaillant & le lâche sont honorés du même prix. BITAUBE'.

v. 320.

Κάτθαν', occumbit. *pro* κατέθανε, *Æol. Sync.* aor. 2. ind. Act. v. καταθνήσκω.

Ἀεργὸς, ἡ, ὀν, *idem quod* ἀεργὴς, qui feriatur ab omni opere, nullum opus agens. 2) iners, piger, deses. ex α priv. & ἔργον, opus.

Κάτθαν' ὁμῶς ὅ, τ' ἀεργὸς ἀνὴρ, ὅ, τε πολλὰ ἐοργώς. *Celui qui n'a rien fait meurt regreté, comme celui qui est couvert de gloire, & qui a mille fois teint la terre du sang ennemi.* DAC.

v. 321.

Περίκειται *b. l.* reliquum est, superest, & *velut* κειμήλιον, repositum jacet.

v. 322.

Παραβάλλω, objicio, projicio.

Παραβαλλόμενος πολεμίζειν, objectans *periculis* pugnæ.

v. 323.

Ὡς δ' ὄρνις ἀπτῆσι] Cette comparaison pleine de douceur me paroît fort belle, & encore plus belle dans la bouche d'Achille par le contraste qu'elle fait avec cet esprit fougeux & emporté, mais cette comparaison, toute douce qu'elle est, ne laisse pas d'avoir sa fierté: Achille traitte par là tous les Grecs de gens foibles qui auroient peri mille fois, s'il ne les avoit sauvez. *Remarquez*, dit Eustathe, *comment Achille compare les Grecs non seulement à de petits oiseaux, mais à des oiseaux qui n'ont pas encore des ailes, en se relevant lui-même, & en les rabaissant tous.* Au reste nôtre Seigneur a sanctifié cette même comparaison, quand pour marquer l'amour qu'il a pour ses enfans, il dit à Jerusalem: *Combien de fois ai-je voulu assembler tes enfans, comme une poule assemble ses petits sous ses ailes.* Luc. XIV. 35. DAC. Conf. etiam Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. *p.* 184 *sqq.*

Ἄπτην, ῆνος, ὁ, ἡ, implumis, volare non potens. ex α priv. & ἵπταμαι, volo, as. *in Dat. sing.* ἀπτῆνι, *inde* ἀπτῆσι.

Προφέρησι, affert.

v. 324.

Μάσταξ, ακος, ἡ, *b. l.* esca, cibus, alimentum.

Κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ· male autem ei est ipsi. *il s'expose à toutes sortes de dangers & de fatigues — il se prive (de la nourriture.)* DAC.

v. 325.

v. 325.

Ἀύπνους νύκτας ἴαυον, insomnes noctes duxi.

Ἄυπνος, ου, ὁ, ἡ, insomnis, somnum non capiens: in quo somnus non capitur. *quasi* ἄνευ ὕπνου. ex α priv. & ὕπνος, somnus.

Ἰαύω, commoror, tempus tero: dormio, pernocto.

v. 326.

Ἤματα αἱματόεντα διέπρησσον, dies cruentos exegi.

Διαπρήσσω, pertranseo, percurro.

v. 327.

Ἀνδράσι μαρνάμενος, *Cum* viris prælians.

Ὀάρων ἕνεκα σφετεράων· Uxorum gratia (*Atridarum*) istorum.] Il ne combattoit que pour Helene, que pour la femme de Menelas, mais ces pluriels au lieu des singuliers siéent bien dans la passion. DAC.

v. 328.

In navibus quoque Græci *pugnarunt armis nauticis instructi:* qualia ξυστὰ ναύμαχα, *conti navales*, *Iliad. XV. v.* 677. Achilles utique *h. l.* ait, se navali classe duodecim civitates expugnasse:

Δώδεκα δὴ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ᾽ ἀνθρώπων·

Duodecim autem urbes hominum classe vastavi.

Et Ulysses prædicat se novies bello navali imperasse. *Odyss. XIV. v.* 230. *sq.* FEITH. *L. IV. C. XII. §. I.*

Quod si ad ingratos præclaro viro maleficia pro beneficiis recipienti verba facere contingat, major etiam facultas res, quas gessit, cum laude recensendi permitti debet. Sic Achilles indigne ab Agamemnone habitus, injuriaque illa, quam sæpius memoravimus, lacessitus, iræ, quæ se transversum agebat, necessariam veluti exhalationem concedit jactantiam.

Cepi bissenas comitatus navibus urbes.

RICC. *Diss. Hom. Tom. I. p.* 151.

v. 329.

Κατὰ, per.

Ἐρίβωλος, ου, ὁ, ἡ, *idem quod* ἐριβώλαξ. *A.* 155.

v. 331.

Ἐξελόμην, Abstuli.

Δόσκεν, dabam. *Poët.* pro ἐδίδων, imperf. ind. Act. v. δίδωμι, do.

v. 332.

Ὄπιθε μένων, remanens.

v. 333.

Διὰ — δασάσκετο, dividebat. aor. 1. ind. Med. *Poët.* & *Jon.* pro διεδάσατο, v. διαδάζομαι, divido, distribuo, ex διὰ & δάζω, *idem.*

Ἔχεσκεν, retinebat.

v. 334.

Prædam dividere inter milites *solitus princeps*, *exercitus dux*, ad quem ideo singuli, quæ ceperant, deferebant; quod Achilles *v.* 328. *sqq.* ait se fecisse, vastatis urbibus viginti & tribus, quarum spolia tradiderit Agamemnoni, eundem questus non satis juste distribuisse. Verum enim vero *princeps expeditionis ex omni præda portionem aliquam extra sortem auferebat.*

Præmia quoque rei bene gestæ ex præda exempta ducibus aliis, virisque fortissimis dividebantur: uti fecisse Agamemnonem ait Achilles:

Ἄλλα δ' ἀριστήεσσι δίδυ γέρα, καὶ βασιλεῦσι.

Alia autem optimatibus dabat munera, & regibus.

eoque modo ipse accepit Briseïdem. Sic Neoptolemus ejusdem filius post direptam Trojam

Μοῖραν καὶ γέρας ἐσθλὸν ἔχων ἐπὶ νηὸς ἔβαινεν·

Portionem & donum bonum habens navem conscendit.

Odyss. XI. v. 533. FEITH. *L. IV. C. XVI. §. V. & VI.*

v. 335.

Τοῖσι μὲν ἔμπεδα κεῖται· *Ac* istis quidem *ea* firma manent. *Ils ont tous encore les presens qu'ils ont reçûs.* DAC. *Mais les autres chefs ne se virent jamais enlever ses dons; moi seul, distinction flateuse! je suis l'objet de ses injustices.* BITAUBE.

Ἐμεῦ δ' ἀπὸ μούνου — a me vero solo —

v. 336.

Εἷλετ', abstulit.

Ἄλοχον, uxorem *meam.*

Θυμαρής, έος, ὁ, ἡ, animo gratus, placitus, conveniens. ex θυμὸς & ἄρω, apto.

Τῇ παριαύων, cui condormiens. Παριαύω,

Παριαύω, juxta — moror *seu* commoror, *vel* juxta — dormio. ex παρὰ & ἰαύω, commoror: dormio.

v. 341.

Ἐχέφρων, ονος, ὁ, ἡ, ὁ ἔχων φρένα, prudens, cordatus. ex ἔχω & φρὴν, mens, animus.

v. 342.

Ὡς καὶ ἐγὼ τὴν — Ut & ego hanc —

v. 343.

Δουρίκτητος, ε, ὁ, ἡ, *pro* δορυκτητος, quem hasta acquisitum, *vel* bello captum quis possidet: captivus. ex δορὺ & κτάομαι, possideo.

v. 345.

Μή μευ πειράτω ἐῢ εἰδότος· Ne me tentet probe gnarum.

v. 348.

Νόσφιν ἐμεῖο, sine me.

v. 349.

Ἤλασε τάφρον ἐπ' αὐτῷ — duxit fossam prope ipsum. —

v. 351.

Οὐδ' ὥς, ne sic quidem.

v. 352.

Ἴσχειν, sustinere.

Ὄφρα, Dum.

v. 353.

Ἀπὸ τείχεος, procul a mœnibus.

Ὀρνύμεν' *pro* ὀρνύμεναι, ciere.

v. 357.

Ἱρὰ ῥέξας, sacris factis. ἱρὸς *Jon.* pro ἱερός.

v. 359.

Ἤν, si. αἴκεν, *idem.*

Τοὶ τὰ μεμήλῃ, tibi hæc curæ fuerint.

v. 360.

Ἦρι, *adv.* vere. *h. l.* mane. ab ἦρ, ἦρος, τὸ, ver: diluculum.

Πλεύσας, navigantes.

v. 361.

Ἐν in *ipsis.*

Ἐρεσσέμεναι μεμαῶτας, remigandi eupidos.

v. 362.

Εὐπλοία, *Jon.* εὐπλοίη, ἡ, secunda, felix & bona navigatio:

vigatio : tranquillitas maris. *quasi diceret*, navigationis facilitas. ex εὖ & πλέω, navigo.

v. 363.

Ἱκοίμην, pervenero.

v. 364.

Ἔςι δέ μοι μάλα πολλὰ] Ne adeo *Agamemnonis* scilicet dona mihi opus sint. Vide autem & infra, ad *v.* 400. CLARK.

Τὰ κάλλιπον, (*pro* κατέλιπον,) quæ reliqui.

v. 365.

Ἐνθένδε, *adv.* hinc.

Ἐρυθρὸς, ρὰ, ρὸν, ruber. ab ἔρευθος, εος, τὸ, (*amisso* ε, *& assumto* ρ,) rubor.

v. 366.

Πολιὸς, ὰ, ὸν, canus, albus, candidus, *splendidus.*

v. 367.

Ἄξομαι, Abducam.

Ἅσσ' ἔλαχόν γε, quæ quidem sortitus sum.

Ὅσπερ ἔδωκεν, Αὖτις — ἕλετο] *Al.* ὥσπερ ἔδωκεν, Αὖτις — ἕλετο. Quod autem *Achilles* hic perpetuo eodem redeat, repetatque id, quod jam ante sæpius dixerat, *v.* 335. 344. personæ optime convenit, & τὸν ὀργίλον apprime condecet. CLARK.

v. 368.

Ἐφυβρίζω, contumelia afficio : adversus aliquem injurius sum. ex ἐπὶ & ὑβρίζω, *idem.*

Ἐφυβρίζων, ἕλετο, per injuriam abstulit.

v. 369.

Τῷ πάντ' ἀγορευέμεν, Ei omnia referto.

v. 370.

Ἐπισκύζομαι, indignor.

v. 373.

Κύνεός περ ἐὼν, proterve audax licet sit.

Κύνεος, έα, εον, caninus : impudens.

Εἰς ὦπα ἰδέσθαι, faciem intueri.

v. 375.

Ἐκ — ἀπάτησε, decepit. v. ἐξαπατάω, ῶ, decipio.

Ἤλιτεν, offendit. aor. 2. ind. Act. v. ἀλιτέω, ῶ, pecco, delinquo : offendo.

V. 376.

v. 376.

Ἐξαπάφοιτ', *pro* ἐξαπάφοιτο, fallet: imponat, decipiat. præſ. opt. Med. v. ἐξαπαφω, decipio, fallo. ex ἐξ & ἀπάφω, *idem.*

Ἅλις δέ οἱ. ſatis autem ei *ſit.*

v. 377.

Ἐῤῥέτω, pereat.

Ἐκ — ἕιλετο, ademit.

v. 378.

Ἐχθρὸς, inviſus.

Καρ *pro* κάρα, caput. *Sed hic accipitur pro* mancipio, *ſeu* homine nauci & nihili, *qualis Carum gens, quæ aliis ſe mancipabat.*

Αἴσῃ *h. l.* vice, loco.

Τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ, æſtimoque eum nihili.

Servis, qui *citra bellum* aut latrocinium vendebantur, antiquitus non uſam Græciam tradit *Timæus Tauromenites* apud *Athenæum*, *Lib. VI.* Ὀυκ ἦν φασὶ πάτριον τοῖς Ἕλλησιν ὑπὸ ἀργυρωνήτων τὸ παλαιὸν διακονεῖσθαι. *Non moris fuiſſe ait Græcis, ut a ſervis mercede conductis ſervitia acciperent.* Primi e Græcis commemorantur Chii barbaros ſervos numerata pecunia mercati Quos ideo Deorum iram contraxiſſe *idem* cenſet, ſiquidem oppreſſi ſunt ab iis tædio dominicæ poteſtatis. In iis præcipui fuerunt Cares; unde pro ſervilibus hominibus Græco proverbio uſurpati. Quo referunt Interpretes hoc *Homeri*, ἐν καρὸς αἴσῃ, *mancipii loco.* Frequenter etiam jam inde priſcis temporibus in hanc rem adhibebantur Pontici, Lydi, Phryges, & ſimiles, qui ſuos ſoliti nullo negotio divendere exteris, uti narrat *Philoſtratus Lib. VIII. de Vit. Apollon. Cap. VII.* FEITH. *L. II. C. XX.* §. *IV.*

v. 379.

Δεκάκις, *adv.* decies.

Ἐικοσάκις, *adv.* vicies.

v. 380.

Ποθὲν, *adv.* alicunde.

Γένοιτο, accederent.

v. 381.

Προτινίσσομαι, *Alii* πολινίσσομαι, *Dor.* pro προτινίσσομαι, eo, venio, advenio. ex πρὸς & νίσσομαι, *idem.*

Οὐδ' ὅσα Θήβας Αἰγυπτίας] Hinc fortaſſe de *Homeri* ætate nonnihil conjicere erit, quum *Thebæ* adhuc caput eſſent *Ægypti.* CLARK.

v. 382.

Κεῖται, reconditæ jacent (opes.)

v. 383.

Ἑκατόμπυλος, ου, ὁ, ἡ, centum, *i. e.* multas habens portas.

Ἀν' ἑκάστην, per unamquamque.

v. 384.

Ἐξοιχνεῦσι, egrediuntur. *Dor.* pro οῦσι. v. ἐξοιχνέω, ῶ, egredior. ex ἐξ & οἰχνέω, ῶ, abeo, diſcedo.

v. 387.

Πρίν γ' ἀπὸ πᾶσαν — δόμεναι — λώβην, Antequam totius — *pœnas* perſolvat — contumeliæ.

v. 389.

Εἰ — κάλλος ἐρίζοι, Si cum — pulchritudine certet, *vel* certaret. *Fut-elle plus belle que Vénus.*

v. 390.

Ἔργα — ἰσοφαρίζοι, Operibus — par ſit, *vel* eſſet. *Plus ſavante que Minerve.* BIT.

v. 392.

Οἱ, ei.

Ἐπέοικα, videor, convenio.

v. 393.

Ἢν — σόωσι, Si — ſervarint, *vel* ſervent.

v. 394.

Θὴν h. l. eſt partic. expletiva. interdum ſignificat *quidem.*

Γαμέσσεται & γαμέσσεται] differunt non magis, quam μαχήσεσθαι & μαχέσεσθαι. γαμέεσθαι autem in medio dicitur, ut διδάσκεσθαι, quod eſt *docendum curo*, i. e. *procurare, ut filius uxorem ducat, proſpicere filio de uxore, deligere filio uxorem.* ERN.

In contrahendis matrimoniis matris æque ac patris conſenſus requirebatur; qua de cauſa Achilli nubere non permittitur Iphigenia, donec aſſentiretur Clytæmneſtra apud

apud *Euripidem*, *Iphigenia in Aulide.* Nec ulli licebat parentibus nesciis matrimonium contrahere; nam in ipsis antiquissimis & imperitissimis Seculis ita innotuerat jus parentum in liberos, ut illis dissentientibus hos sui corporis elocandi minime compotes fuisse statuerint. Agamemnonis filiam oblatam repudiat Achilles, patrem enim Peleum ei uxorem prospicere malebat. POTT. *Tom. II. p.* 220. FEITH. *L. II. C. XIII. §. III.*

v. 396.

Ῥύομαι, *h. l.* tueor, conservo.

Οἵ τε πτολίεθρα ῥύονται, *qui par leur valeur & par leur prudence savent conserver leurs Etats.* DAC.

v. 398.

Ἐπέσσυτο, appetit.

v. 399.

Γήμαντι, aor. 1. part. v. γαμέω, uxorem duco. *quasi* ex γάμω.

Εἰκυῖαν ἄκοιτιν] ἐμοὶ πρέπουσαν γαμετήν. *Schol.*

v. 400.

Κτήμασι τέρπεσθαι, possessionibus frui.

Τὰ γέρων ἐκτήσατο Πηλεύς, quas senex conquisivit Peleus.

v. 401.

Ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον] *Al.* ἐμῆς ψυχῆς. Ceterum summo cum artificio (ut recte annotavit *Popius*) hic effecit Poëta, ut vitam longam, ingloriam & ignobilem, maximis laudibus per indignationem efferret is, qui unus omnium hominum avidissime esset gloriæ appetens, eamque revera vitæ longæ anteferret. CLARK. *La vie est d'un prix que rien n'égale.* DAC.

Ὅσα φασὶν Ἴλιον ἐκτῆσθαι — Quantas *opes* ajunt Ilium possedisse —

v. 403.

Τὸ πρὶν, antehac.

Ἐπ' εἰρήνης, tempore pacis.

Πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν, antequam venirent, *vel* priusquam advenissent filii Achivorum.

v. 404.

Λάϊνος, ίνη, ινον, lapideus. a λᾶας, lapis.

Ἀφήτωρ.

Ἀφήτωρ, ορος, ὁ, emiſſor, jaculator. 2.) vaticinator. Sic dicebatur *Apollo*, ab edendis oraculis. ab ἀφίημι, dimitto, emitto. Ἀφήτορος] τοῦ Ἀπόλλωνος. Ἤτοι, ὁμοφήτορος, ὁμοίως πᾶσι προφητεύοντος καὶ μαντευομένου, τῷ τε πένητι, καὶ τῷ πλουσίῳ· ἤ, τοξικοῦ, ἀπὸ τῆς τῶν βελῶν ἀφέσεως. *Schol.*

v. 405.

Πυθοῖ, *Delphis*, & Πειραιοῖ, *in Piræeo*, non ſunt adverbia, uti vulgus Grammaticorum ſtatuit, ſed ablativi obſoletorum nominum Πυθω & Πειραιῶ, quæ in tertio & ſexto caſu habent οῖ, *contracte* οῖ, ut Λητοῖ, αἰδοῖ, atque in illis intelligitur ἡ ἐν, nam æque recte dicas ἐν Πυθοῖ, ἐν Πειραιοῖ, ac ἐν Πυθῶνι, ἐν Πειραιεῖ. Illud ἐν Πυθοῖ exſtat *h. l.* & *Odyſſ.* Θ. Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ. &c. BOS *Ell. Gr. p.* 319.

v. 404. 405.

Ingentes fuerunt antiquorum templorum *divitiæ*, quas paſſim laudant Scriptores. Apollinis præſertim apud Delphos, cujus fanum omnium pene gentium muneribus fuit decoratum. In quibus primas obtinuit Gyges Lydiæ rex, & qui ei ſucceſſit Crœſus, uti narrat *Phanias Ereſius* & *Theopompus Lib. XLVIII Philippicorum*. Et illum quidem affirmant fuiſſe primum, qui donaria aurea ac argentea Delphis dedicavit, cum antea tantum eſſent ex ære; nec quidem Statuæ, ſed lebetes ac tripodes. Sed enim *Homeri* ſeculo etiam magna erat Delphici templi opulentia, adeo ut hoc Achilles inter pretioſiſſima quæque ab Agamemnone oblata ac a ſe repudiata ponat. FEITH. *L. I. C. XI. §. VI.*

v. 406.

Ληϊστὸς, ἡ, ὸν, prædando captus *ſeu* adquiſitus. 2.) *h. l.* qui prædando capi *ſeu* adquiri poteſt, prædando parabilis. a ληΐη, *Jon.* pro λεία, præda.

v. 407.

Κτητὸς, ἡ, ὸν, parabilis, adquiſibilis, qui parari *vel* adquiri poteſt. a κτάομαι, adquiro, comparo.

Ἵπποι ξανθὰ κάρηνα·] πυῤῥά· λέγει, ἀπὸ μέρους τοὺς ἵππους. *Schol. des chevaux qui ne ſeront jamais vaincus à la courſe.* DAC.

v. 409.

v. 409.

Ἑλετὸς, ὴ, ὸν, prensabilis, qui capi potest. ab ἑλεῖν, prehendere, capere.

Ἀμείβω *hic* transeo.

v. 408. 409.

Ἀνδρὸς ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λῃϊστὴ,
Οὐθ' ἑλετὴ, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.
Hominis anima, ut redeat, neque parabilis,
Neque prensabilis, postquam semel transiverit septum dentium.

Nôtre ame, quand elle a une fois abandonné nôtre corps, ne revient plus l'animer. DAC.

v. 410.

Γάρ τε] Respondet Latino *Etenim.* Ut & supra *v.* 406. CLARK.

v. 411.

Διχθάδιος, ία, ιον, duplex, geminus. a διχθὰ, *adv.* dupliciter, bifariam.

Τέλος δὲ, ad finem.

Θανάτοιο τέλος δὲ] εἰς θάνατον, περιφραστικῶς. *Schol.*

v. 412.

Αὖθι, hic.

Ἀμφιμάχομαι, circa — *vel* pro — pugno.

v. 413.

Κλέος ἄφθιτον ἔσται.] Notandum hic, quam singulari quamque modesto Poëta artificio gloriam dicat Achillis *suo* factam Poëmate sempiternam. Non, *exegi*, dixit, *monumentum*; Non, *jamque opus exegi.* Nusquam *sui* meminit omnino; Nusquam *Suorum Operum*; Nusquam *Patriæ*; Nusquam ne *Partium* quidem *suarum*: ut adeo Europæusne fuerit ipse, an Asiaticus, plane non constet. Sed *Achillis* nomen atque famam immortalitati tradidit; idque eum, non qualis fingi debuerat heros, sed qualis esset, depingendo. CLARK.

v. 415.

Δηρὸς, ρὰ, ρὸν, diuturnus, diutinus, longævus. ἐπὶ δηρὸν, *scil.* χρόνον, in diuturnum tempus. a δὴν, *adv.* diu.

v. 416.

Κιχείη, deprehenderit: deprehendet.

v. 417.

Παρεμυθησαίμην, suaserim. v. παραμυθέομαι, ῦμαι, consilium do, consulo, suadeo: hortor, adhortor. ex παρὰ & μυθέομαι, dico.

v. 418.

Ἀποπλείειν, navigare.

Δήω, invenio, *vel potius in significatione Futuri*, inveniam.

v. 419. 420.

— — μάλα γάρ ἔθεν εὐρυόπα Ζεὺς
Χεῖρα ἑὴν ὑπερέσχε, — —
— — valde enim supra eam late sonans Jupiter
Manum suam tenet. *i. e.* eam protegit.

Vide ad Δ. *v.* 249.

Τεθαρσήκασι δὲ λαοί, & animo confirmato sunt copiæ.

v. 422.

Ἀπόφασθε, renunciate. aor. 2. imper. Med. v. ἀπόφημι, renuncio.

Γέρας - γερόντων, munus - legatorum.

v. 424.

Σόῃ, servet.

v. 425.

Ἑτοίμη, expeditum *consilium*] λέγει δὲ τῦτο, ὅτι Ματαία ἐςὶν αὕτη ἡ γνώμη, ἣν ἐποιήσαντο οἱ Ἕλληνες, πέμψαντες ὑμᾶς πρός με, ὡς δυναμένυς πεῖσαι. *Schol.*

v. 426.

Ἐμεῦ ἀπομηνίσαντος, me iram fovente. Vide ad *B.* 772.

v. 427.

Καταχοιμηθήτω, cubet.

v. 429.

Ἀνάγκῃ, vi.

v. 431.

Κρατερῶς ἀπέειπεν, vehementer, præfracte recusaverat.

v. 433.

Ἀναπρήθω, incendo, inflammo. *item* efflo: *hinc* δάκρυα ἀναπρήσας, lacrymas magna copia effundens, & cum suspiriis ac anhelitu.

Πέρι γαρ δίε — valde enim timebat de—

v. 434.

Ει μὲν δὴ — γε] *Si quidem revera* &c.

v. 435.

v. 435.

Βάλλεαι, Cogitas.
Οὐδέ τι πάμπαν, neque omnino.
Ἀμύνειν — defendere a —

v. 437.

Λιποίμην, relinquar.

v. 438.

Σοὶ, tecum.

v. 440.

Νήπιον, οὔπω εἰδόθ' — Puerum, nondum peritum — RICC. *Diss. Hom. Tom. III. p. 262. sq.* §. *V. De Achillis ad bellum proficiscentis ætate.* Cum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset M. Alexander, *o fortunate*, inquit, *adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris!* (*Cic. in Or. pro Arch.*) Sed quomodo, dicet aliquis: tot pene incredibilia virtutis miracula in Trojano bello præstiterit adolescens? Mirum quidem, sed tamen verum. Non enim culpandus Romanæ eloquentiæ pater, quod minus proprie Achillem in Alexandri dicto vocaverit adolescentem. Nam cum Phœnix, ejus nutritius, conaretur inexorabilem emollire ac flectere, ut ad bellum reverteretur, memorat, quomodo sibi traditus esset consilio ac sermonibus regendus a Patre Peleo, quod adhuc νήπιος, id est, *adolescentulus* mitteretur ex Phthia ad Agamemnonem adversus Trojanos dimicaturus. Scilicet decimum sextum ætatis annum nondum attigerat. Et sane inter virgines filias Lycomedis Regis Scyri a matre, ne ad Trojanum bellum ire cogeretur, ex quo sciebat non esse reversurum, sub habitu muliebri absconditus, non ex oris specie, aut voce, (utraque enim juvenculis puellis similis erat,) sed astu versutissimi Ulyssis detectus est. *Carolus XII.* Rex Sueciæ, sive cum antiquis dicere malimus Gothiæ, ad bellum ipse pariter quasi Achilles alter, admodum adolescens profectus, tam strenuum, invictum, cunctisque terribilem se præbuit, tam præclara ac memoranda dedit fortitudinis tum animi tum corporis exempla, ut, nisi sub hujus Seculi initium rerum ab eo gestarum testes nos ipsimet fuissemus, ac pene spectatores, vix adduci possemus, ut historiæ adhibere-

mus fidem. Quod si Achillis sortem obiisset, hoc est, si post insignes illas victorias primum relatas, ob quas totam ferme Europam timore nominis sui compleverat, morte statim esset præreptus, non Achilli, non Alexandro grandem famam invidisset. Accidit ergo aliquando, etsi rarenter, ut robur ac strenuitas arridente fortuna annos prævertat, adeo ut aliqui ineunte juventute talia præliantes confecerint, qualia exercitatissimi Duces ne grandiori quidem ætate conficere valuerunt.

v. 441.

Ἵνα *h. l.* ubi.

v. 442.

Διδασκέμεν, ut docerem *te*.

v. 443.

Ῥητὴρ, ῆρος, ὁ, Rhetor, Orator. a ῥέω, dico, loquor. Πρηκτὴρ, ῆρος, ὁ, *Jon.* pro πρακτὴρ. actor, qui agit. a πρήσσω, *Jon.* pro πράσσω, *vel* τῶ, facio, ago.

Μύθων τε ῥητῆρ᾽ ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

Verborumque orator ut esses, actorque rerum.

Pour vous donner des exemples de bien parler & de bien faire. DAC. Luc. XXIV. 19. δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ. Act. VII. 22. δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις,

In illustrioribus familiis *adhibiti viri*, *qui filios educarent*, ac bonis artibus imbuerent. Quam operam præstitit Peleo in educatione Achillis Phœnix *h. l.* ubi refert, se ei infanti genibus suis impositum cibum præcidisse, & vinum infudisse, quo evomito sæpe vestem suam conspurcavit; deinde concionandi ac bellandi disciplina eum informasse,

Μύθων τε ῥητῆρ᾽ ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων,

ut eum efficeret *oratorem verborum*, *actoremque rerum*, sicuti vertit *Cicero Lib. III. de Oratore*, *Cap. XV.* FEITH. *L. II. C. XVIII. §. III.*

v. 444.

Ὡς ἂν ἔπειτ᾽ — Quare *seu* propterea deinceps —

v. 445.

Ὑποσταίη, promitteret. aor. 2. opt. act. v. ὑφίστημι, suppono.

v. 446.

v. 446.

Ἀποξύω, abrado, derado. & *generaliter* detraho, demo, *quasi* abradendo, *ut h. l.* ex ἀπὸ & ξύω, rado.

Θήσειν νέον ἡβώοντα, facturum *me* juvenem pubescentem.

v. 447.

Οἷον, Qualis *eram.*

v. 449.

Παλλακίδος πέρι, de pellice.

Παλλακὶς, ίδος, ἡ, concubina, pellex. a πάλλαξ, ακος, ὁ, juvenis, adolescens.

v. 451.

Λισσέσκετο γούνων, supplex orabat *prehensis* genibus.

v. 452.

Προμιγῆναι, ut prius miscerer.] συνελθεῖν, congredi.

Ἐχθήρειε, odio haberet. aor. 1. opt. Act. *Æol.* pro ἐχθήρειε, v. ἐχθαίρω, odio prosequor, odio habeo. ab ἔχθος, εος, τὸ, odium.

v. 453.

Ὀϊσθεὶς, sentiens : suspicatus. v. ὀίομαι ; *Poët.* puto, arbitror.

v. 447. — 453.

Ubique permittebatur, idque absque offendiculo, *pellices*, quotquot liberet, assumere ; hæ appellatæ παλλακίδες, plerumque mulieres bello captæ, aut argento emtæ, semperque inferiores legitimis uxoribus, quæ dote, amplissima cognatione, aut quadam alia re præcellebant ; istarum frequens mentio fit apud *Homerum* ; Achilli erat sua Briseis, eaque absente Diomede, Patroclo Iphis, Menelao, Agamemnoni, & (ne plures recenseam,) sapientissimis, gravissimis ac antiquissimis illorum omnium, quales Phœnix & Nestor, erant suæ uxores. Nec mirum, Ethnicos in hasce libidines ruisse, cum Judæi, iique inter eos maxima pietate insignes, ut Abrahamus & David, in eadem licentia vixerint. Imo Græcæ uxores licentiam maritorum suorum semper ægre tulerunt, quippe ex illa privilegiis suis aliquid detrahebatur ; unde Laertes apud Homerum *Odyss. A. v.* 433. licet Eurycleam ipsius mancipium vehementer observaret, tamen ex metu animi iniqui uxoris secum in lectum nunquam

 quam

quam admisit. — Phœnix a matre impellitur ad vitiandam patris pellicem, ut a rivali tam importuna eam liberaret; quemadmodum ab ipso narratur *h. l.* POTT. *Tom. II. p.* 249. 250. FEITH. *L. II. C. XVII.* §. *II.*

v. 454.

Καταράομαι, ῶμαι, exsecror, imprecor, devoveo, male ominor. ex κατὰ & ἀράομαι, precor: imprecor.

Ἐπεκέκλετο] ἐπεκαλεῖτο· invocabat.

Ἐριννὺς, ύος, ἡ, Erinnys, Furia, Dea infernalis & peccatorum ultrix. Vide NATALIS COMITIS *Mytholog. Lib. III. Cap. X.* M. DU PUY *Mythol.* (à Paris. 1731.) *Tom. I. p.* 134. *sqq. Diction. Poët. portatif. p.* 205. aliosque quam plurimos.

v. 455.

Ἐφέσσεσθαι, *Poët.* pro ἐφίσεσθαι, insidere, collocare. fut. 1. infin. Med. v. ἐφέζω, colloco.

Μή ποτε γούνασιν οἷσιν κ. τ. λ. Ne unquam genibus suis imponeretur dilectus filius, Ex me genitus.] C'étoit la coûtume des Grecs. Les enfans, dès qu'ils venoient au monde, étoient mis par les peres sur les genoux des grands peres, comme le plus agréable présent qu'un fils puisse faire à son pere, que de lui donner un petit fils. J'en ai déja fait une remarque sur *Terence* dans les *Adelphes Act. III. Sc. II.* où Sostrate dit d'Eschinus:

Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat patris. *Qui disoit que sitôt qu'elle seroit accouchée, il porteroit l'enfant sur les genoux de son pere.* DAC.

v. 456.

Ἐτέλειον, ratas fecerunt.

Ἐπαρὰ, ᾶς, ἡ, imprecatio. ex ἐπὶ & ἀρὰ, ᾶς, ἡ, preces: diræ, imprecatio.

v. 457.

Καταχθόνιος, ε, ὁ, ἡ, subterraneus, infernus, infernalis. ex κατὰ & χθὼν, ἡ, terra.

Trifariam *Jupiter*(qui idem est ac *Jovis Pater*) invenitur dictus, *Cœlestis*, *Marinus*, *Inferus*. De Jove *cœlesti* nulli dubium est. Jovem *marinum* nominat *Æschylus*; Jovem autem *Inferum* h. l. *Homerus*, Ζεύς τε καταχθόνιος. Hoc *triplici* Jove videntur voluisse innuere sapientiores Ethnico-

Ethnicorum, unum eundemque Deum esse, qui omnia gubernat & administrat in *Cælo*, *Mari*, *Inferis*. Hinc veteres statuarii Jovem tertio oculo effinxerunt. Unum talium simulacrorum fertur in suis ædibus habuisse Priamus illic locatum usque a Laomedontis ætate. Post Trojæ excidium partientibus prædam Græcis signum illud obvenit Sthenelo, qui in Græciam deportavit. RICC. *Diss. Hom. Tom. II. p.* 233.

Ἐπαινός, ἡ, ὀν, insignis, celebris. *h. l.* durus, horrendus, atrox. Epith. *Proserpinæ.* ex ἐπὶ & αἰνός, gravis.

Περσεφόνεια, ας, ἡ, Proserpina: *quæ cædibus omnia vastat.* ex πέρθω & φόνος.

v. 453. — 457.

Diras, ἀράς, καταράς, exsecrationes vocabant, quibus mala ingentia imprecabantur iis, qui hoc istudve vel acturi essent, vel egissent. Cujusmodi imprecationum exempla occurrunt passim apud Poëtas & Historicos, e. c. *Homerum*, *Sophoclem*, *Euripidem*, *Lycophronem* in *Cassandra*, *v.* 164. & *Plutarchum*, qui Athenienses sanxisse narrat, in *Alcibiade*, ut omnes sacerdotes, tam fœminæ, quam viri, diris devoverent Alcibiadem, mysteriorum Cereris profanatorum accusatum. Efficacissimæ autem, iisque, adversus quos effusæ susceptæque essent, exitiosissimæ censebantur tales imprecationes, sive devotiones, præsertim si a parentibus, regibus, sacerdotibus, vatibus, aut hominibus sacris aliis fuissent pronunciatæ peractæque. Sic ἀτεκνίαν suam Phœnix parentis sui diris ipse *h. l.* tribuit. Idem postea Meleagrum periisse dicit, *v.* 567. 568. propter diras, quas mater, fraternæ cædis caussa, ipsi fuisset imprecata. Illa enim Plutonem & Proserpinam invocaverat,

Παιδὶ δόμεν θάνατον. τῆς δ' ἠεροφοῖτις Ἐριννὺς
Ἔκλυεν ἐξ Ἐρέβευσφιν, ἀμείλιχον ἦτορ ἔχουσα.

Ut filio darent mortem, eam vero per tenebras vagans Erinnys
Exaudiverat ex Erebo, cor habens implacabile.

Itaque *diris*, ut ait *Plinius Hist. Nat. L. XXVIII. Cap.* 2. *defigi deprecationibus nemo non metuebat.* LAKEM. *Antiq. P. III. C. II.* §. X. add. POTT. *Tom. I. p.* 271.

✠ NB. ✠

Plutarchus in Libro *de audiendis Poëtis* hos versus *Homeri* profert, ubi Phœnix, ut iram Achillis leniat, narrat, a se nimia ira commoto patrem suum propemodum esse interfectum

Τὸν μὲν ἐγὼ βούλευσα καταϰτάμεν ὀξέϊ χαλϰῷ.
Ἀλλά τις ἀθανάτων παῦσεν χόλον, ὅς ῥ᾽ ἐνὶ θυμῷ
Δήμου θῆϰε φάτιν, ϰαὶ ὀνείδεα πολλ᾽ ἀνθρώπων,
Ὡς μὴ πατροφόνος μετ᾽ Ἀχαιοῖσιν ϰαλεοίμην.
Eripere huic vitam ferro fulgente parabam;
Iram nescio quis fregit Deus, & mihi vulgi
Objecit voces animo & convicia famæ,
Ne patris occisor Grajum sermone notarer.

Tum subjicit; ὁ μὲν οὖν Ἀρίσταρχος ἐξεῖλε ταῦτα τὰ ἔπη φοβηθείς· *Aristarchus cum perhorruisset hos versus, eos sustulit.* At male, judice *Plutarcho.* CLERCI *Art. Crit. P. III. S. I. C. XIV.* §. 2. KREBS. *Animadvers. in Plutarch.* Qui versus hic ex *Homero* laudantur, eos in hodiernis Editionibus frustra quæsiveris, excepta Barnesiana & Wetsteniana, quia, ut Auctor tradit, sublati sunt ab Aristarcho. Intelligitur autem *Aristarchus* is, (nam fuit & alter, qui Pisistrati jussu Homeri carmina collegit, & in XXIV. rhapsodias descripsit,) qui floruit temporibus Ptolemæi Philadelphi, quem *Ælianus* tradit habuisse aures Homeri carminibus dijudicandis & agnoscendis ita assuetas, ut, quem ipse reprobasset, Homeri versus non haberetur.

v. 458.

Ἐρητύετ᾽ *pro* ἐρητύετο, sustinuit: detinebatur.

v. 459.

Κατὰ μέγαρα στρωφᾶσθαι, in domo versari. v. στρωφάω, *idem quod* στροφάω, ῶ, versor, circumago. a στροφὴ, ῆς, versio, flexus, conversio.

v. 460.

Ἔται ϰαὶ ἀνεψιοὶ, familiares & cognati.
Ἀνεψιὸς, οῦ, ὁ, consobrinus, adfinis, patruelis.
Ἀμφὶς ἐόντες, circum stantes.

v. 461.

Αὐτοῦ, ibi.
Κατερήτυον, retinebant *me.*

v. 462.

v. 462.

Ἕλικας βοῦς, cornibus camuris boves. ἕλιξ, ικος, ὁ, ἡ, intortus, implicitus: volubilis; circumiens. ab ἑλίσσω, verto, volvo, circumago.

v. 463.

Θαλέθω, *idem quod* θάλλω, vireo, floreo: pullulo: fcateo.

v. 464.

Εὐόμενοι, Affandi. v. εὔω, *vel* εὕω, uro, uftulo: *videlicet* admota flamma affo.

Ἥφαιστος *h. l.* ignis.

v. 465.

Κέραμος, ου, ὁ, *h. l.* dolium, urceus, hydria.

v. 466.

Ἐννάνυχες, per novem noctes. *adv.* pro ἐννεάνυχες. ex ἐννέα & νύξ, nox.

Μοι ἀμφ᾽ αὐτῷ, me circa ipfum.

v. 467.

Ἀμειβόμενοι, per vices.

Σβέννυμι in præt. ἔσβηκα, & aor. 2. ἔσβην, *quafi* a σβῆμι, pro *extinctus fum.* Paffive *h. l.* utitur Hom. Οὐδέ ποτ᾽ ἔσβη Πῦρ, *Neque unquam extinguebatur ignis.* Πληθύνω quoque & *Augeo* & *Augeor* notat: unde ποταμοὶ πληθύνοντες Plutarcho funt *fluvii aquis aucti.* HOOG. *ad* VIG. *C. V. S. I. R. VIII.* (*N.* 41.)

v. 468.

Ἕτερον μὲν ὑπ᾽ αἰθούσῃ, Alter in porticu. deeft στοᾷ. Nam αἴθουσα proprie loquendo eft participium verbi αἴθειν, *fulgere*, & στοὰ αἴθουσα, ut *Euftathius* exponit, eft στοὰ ἡλίῳ αἰθομένη, ὅ ἐστι λαμπομένη, i. e. *porticus, quæ a fole illuftratur.* Deeft etiam in ποικίλη, *Pœcile*, quod notiffimum. BOS *Ell. Gr. p.* 190. 191.

Ἐυερκής, έος, ὁ, ἡ, bene feptus, bene munitus. ex εὖ & ἕρκος, τὸ, feptum.

Αὐλή, ῆς, ἡ, aula, domus regia *feu* principis.

v. 469.

Πρόδομος, ου, ὁ, atrium, veftibulum.

v. 471.

Καὶ τότ᾽] *Tum dein; tum vero.*

Πυκινῶς, *adv. h. l.* ſolerter: accurate, firmiter.

v. 472.

Ὑπέρθορον, tranſilii. aor. 2. ind. *Jon.* pro ὑπερέθορον, v. ὑπερθορέω, ῶ.

Ἕρκιον, ου, τὸ, ſeptum. ab ἕρκος, εος, τὸ, *idem.*

v. 474.

Ἀπάνευθε, *h. l.* procul.

v. 476.

Ἐς Πηλῆα ἄναχθ', *pro* ἄνακτα, Ad Peleum regem.

Πρόφρων ὑπέδεκτο, lubens ſuſcepit. v. ὑποδέχομαι.

v. 479.

Ἀφνειὸν ἔθηκε, divitem fecit.

Ὤπασε, dedit.

v. 480.

Ναῖον, Incolebam.

Ἐσχατιὰ, ᾶς, *Jon.* ὴ, ῆς, ῇ, ultimæ cujusque rei partes, extremitas rei cujuslibet; extrema ora: ἔσχατα μέρη. ab ἔσχατος, ultimus, poſtremus.

v. 483.

Πάσασθαι, cibum ſumere. aor. 1. inf. Med. ab *inuſit.* πάω, edo, veſcor, guſto.

v. 484.

Πρίν γ' ὅτε δὴ] *Neque unquam contentus eras, aut te compeſcuiſti, antea quam, vel* niſi *quum &c.* CLARK.

Καθίσσας, imponens; collocans.

v. 485.

Ὄψον, ου, τὸ, quidquid coctum præter panem comeditur: opſonium: cibus. ab ὄφω *vel* ὄπτω, coquo.

Ἄσαιμι, ſatiaſſem. v. ἄδω, *fut.* ἄσω, *ſeq. Genit.* ſatio, expleo. *ſeq. Ablat.*

Προτέμνω, antea ſeco, præſcindo, prius concido.

Ἐπέχω, *h. l.* admoveo: do, præbeo: adminiſtro.

Οἶνον ἐπισχών, *vinum admovens.*

Infantibus etiam vinum adminiſtratum quandoque fuiſſe, diſcimus ex hac oratione Phœnicis, qui ad Achillem pupillum ſic loquitur: Πρίν γ' ὅτε δὴ κ. τ. λ. POTT. *Tom. II. p.* 301.

v. 486.

Καταδεύω, madefacio, rigo. ex κατὰ & δεύω, *idem.*

v. 487.

v. 487.

Ἀποβλύζω, ſcaturio, mano, effundo & emitto abundantes aquas. *item*, evomo, per vomitum effundo. ex ἀπὸ & βλύζω, *idem: dictum eſt a murmure & ſono ſcaturientium aquarum.*

Νηπιέη, ης, ἡ, infantia. a νήπιος, infans.

v. 486. 487.

Notandum, veteris moris fuiſſe, ut nutritius easdem penderet operas puero, quas nutrix, atque adeo inter alia ferret in genibus, cibumque præberet & potum. Cum igitur Ulyſſes & Diomedes multa incaſſum dixiſſent, nec pervicacem atque inexorabilem Achillis animum flexiſſent, eum cœpit alia ratione aggredi Phœnix, ſi forte expugnaret. In memoriam ſcilicet redigebat, quæ ſibi ſervitia puello præſtitiſſet, & quantum jam tunc ſe diligeret Achilles, adeo ut neque cibum neque potum ab alio præbitum vellet ſumere, quam ab eo in ejus genibus ſedens. Hic autem viſus eſt plerisque Homerus tam indecoram & ſordidam circumſtantiam adjicere, ut nulla poſſit ratione defendi aut excuſari. Ait enim Phœnix:

Πολλάκι μοι κατέδευσας ἐπὶ στήθεσσι χιτῶνα,
Οἴνου ἀποβλύζων ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ·

Quod ad verbum Latini interpretes ita vertunt:

Sæpe mihi rigaſti in pectoribus veſtem,
Ex vino evomens in infantia, quæ cura indiget.

Non equidem negaverim, lectores e vulgo facile rejecturos Phœnicis ſermonem, etſi multo artificio elaboratum, & validorum argumentorum robore, flexanimaque eloquentia inſtructum, Vatique ſtomachaturos, quod tantam labem expreſſerit, epica majeſtate prorſus indignam. Sed ſi quis Homeri mentem penetrare valeat, vimque Græcæ vocis ab eo uſurpatæ multo nitidiſſimæ aſſequi, non ita ſentiet de ſummo Poëtarum principe, qui aquilæ inſtar ſupra alios celſiſſimus volat, quique, *Horatio* teſte, nil unquam molitur inepte. Nam primum de induſtria voluiſſe videtur Homerus naturam exprimere ſimplici illo candore, quo maxime Veteres oblectabantur, nondum luxu peſſimo, omniumque deliciarum mollitie, fractis moribus & corruptis. Tabulam quæſo vobiſcum fingite,

in qua pictor eximius factum illud exhibeat, Phœnicem nempe gestantem genibus Achillem puerulum, eique præbentem potum; turpemne sordidamque pictoris imaginem culparemus, si quid epoti liquoris faceret ex ore pueri in sinu gestantis senis effluere? Quinimmo laude dignum putaremus, quod rem ad vivum repræsentarit, ipsamque naturam sub oculos posuerit. Quem autem latet, picturam & poësin consertis inter se manibus in idem conjurare?

Ut pictura poësis erit. — —

diserte docet *Horatius.* — Nil turpe, nil sordidum, nil indecorum Homerica offert locutio. Vox ἀποβλύζειν nequaquam *evomere* significat, sed *effundere*, *emittere*; aut etiam *effluere*, *lenique murmure exilire*, ita ut limpidissimæ vivo gurgiti aquæ conveniat, e parvis foraminibus vel siphunculis venuste erumpenti. Neque enim vinum parvus Achilles e stomacho evomebat in sinum Phœnicis, sed emittebat ex ore. Quam autem faciat nauseam vel delicatissimis effluens ex ore puerili aut singultientis aut incuriosi purus liquor, qui ejus tantum labra proluerit? Non igitur Homero vitio dandum, sed Interpretum oscitantiæ, si quid labis locus ille in alias linguas translatus contrahit. Experiar, an Latinis etiam versiculis nitide possit ea Homeri sententia referri, ad hunc modum:

Sæpe mihi madidam fecisti in pectore vestem,
Emanante labris vino infantilibus annis.

Profecto nec turpe, nec indecorum hujusmodi dictum ab ullo existimo habitum iri; etsi Latinæ linguæ paupertas non satis exprimat Homericæ dictionis nitorem. RICC. *Differt. Hom. Tom. II. p.* 196. *sqq.* Vid. etiam Hrn. Breitingers Critische Dichtkunst. *Tom. I. p.* 93. *& seqq.*

v. 488.

Ἐπί σοι tui causa.

v. 489.

Ἐξετέλειον, perficiebant: ἔδωκαν. *Schol.*

v. 491.

Ποιεύμην, *Dor.* pro ποιούμην, adoptabam.

v. 493.

v. 493.

Στρεπτὸς, ἡ, ὸν, flexibilis: exorabilis. a ςρέφω, flecto.

Στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί.

Ipſa ſinunt ſeſe precibus vel Numina flecti.

v. 494.

Τῶν περ — Quorum tamen.

v. 495.

Τὺς, hos.

v. 496.

Παρατρωπῶσ', pro ῶσι, avertunt *ab ira*. v. παρατρωπάω, ῶ, diverto, deflecto, ab inſtituta via averto. ex παρὰ & τρωπάω, *Poët.* pro τροπάω, verto, converto.

v. 497.

Ὑπερβήῃ, transgreſſus fuerit. aor. 2. ſubj. *Attice* pro ὑπερβῇ, v. ὑπερβαίνω, transgredior.

Ἁμάρτῃ, peccarit. aor. 2. ſubj. v. ἁμαρτάνω, pecco.

v. 498.

Λιτὴ, ῆς, ἡ, ſupplicatio, ſupplices preces, precatio, obſecratio. *Hinc* Λιταὶ, ῶν, Deæ, præſides ſupplicationum *ſeu* ſupplicum precum.

v. 499.

Ῥυσσὸς, ἡ, ὸν, *idem quod* ῥυσὸς, rugoſus. a ῥυτὶς, ίδος, ἡ, ruga.

Παραβλῶπες τ' ὀφθαλμώ, ſtrabæque oculis.

Παραβλὼψ, ῶπος, ὁ, ἡ, ſtrabus, ſtrabo, limis oculis adſpiciens. a παραβλέπω, oculis obliquis aſpicio, limis oculis intueor, *videlicet* more ſtrabonum.

v. 498. 499.

Nobili figmento *Preces* Homerus προσωποποιεῖ, adeo ut vivis ſpirantibusque coloribus depictæ nobis exhibeantur, tanquam Filiæ Jovis magni, claudæ, rugoſæ, ſtrabæque oculis.

—— Λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο,
Χωλαί τε, ῥυσσαί τε, παραβλῶπες τ' ὀφθαλμώ.

Filiæ Jovis, quia Deus preces, quibus illum flectant, hominibus inſpirat. *Claudæ*, quod tarde progrediantur, & vereantur ad eum, cui ſupplicaturæ ſunt, accedere. *Rugoſæ*, egeni ſiquidem & calamitoſi ore ſqualentes, & quaſi ſenio confecti preces fundunt. *Strabæ oculis*, quod non

non audeant recta intueri, aut levare oculos suos ; demissio enim animi & oris precantes decet. *Spondanus* Phornuti auctoritate fultus, *claudas* Homero dictas putat, quod se in genua dejiciant, qui preces faciunt. Sed nequaquam huic interpretationi assentiendum ; nam Græci antiquitus preces fundebant aut assidentes, aut stantes ; &c. (Vide ad *H. v.* 118.) RICC. *Diss. Hom. Tom. II. p.* 232. Conf. etiam FEITH. *L. III. C. XIV. §. I.*

v. 500.

Αἱ ῥά τε καὶ μετόπισθ᾽ Ἄτης ἀλέγουσι κιοῦσαι·

Quæ etiam a tergo Noxam curant sequentes.

Elles marchent toûjours après l'Injure. D'AC. *Elles suivent à pas lents l'injure pour réparer ses torts.* BIT.

Ἄτη, ης, ἡ, damnum, noxa. *h. l.* illa Dea, quæ damna & infortunia hominibus immittit.

v. 501.

Σθεναρὸς, ρὰ, ρὸν, robustus, validus. a σθένος, τὸ, robur.

Ἀρτίπους, οδος, ὁ, ἡ, pedibus integer & valens, integros pedes habens. ex ἄρτιος, integer, æqualis, aptus ; & ποῦς. Ita dicitur *Noxa*, quod mundum totum pervagetur hominibus nocitura, *ut sequitur.*

v. 502.

Ὑπεκπροθέω, longe præcurro. ex ὑπὸ, ἐκ, πρὸ, & θέω.

v. 503.

Ὀπίσσω, postmodo.

v. 506.

Ὃς δέ — Ἀνήνηται δ᾽] De vi duplicis istius δὲ vide supra ad *A.* 57.

Στερεῶς, *adv.* solide, firmiter, constanter. *h. l.* obstinate. a στερεὸς, ὰ, ὸν, solidus, firmus.

v. 507.

Κιοῦσαι, adeuntes.

v. 508.

Ἵνα βλαφθεὶς ἀποτίσῃ· *ut damno accepto pœnas luat.* Nonnunquam reperies absolute dictum ἀποτίνειν, pro ἀποτίνειν ποινὴν, *pendere pœnas* : ut *h. l. Eustath.* Ἐλλειπτικῶς εἴρηται, ἵνα δηλοῖ τὸ ἀποδώσῃ ποινήν, h. e. *elliptice dictum est, ut significet, pendat pœnas.* BOS *Ell. Gr. p.* 170.

v. 492.—

v. 492. — 510.

ROLLIN *Manière d'enseigner &c. Tom. I. p. 495. sqq.* On sera bien aise de trouver ici les réflexions de Me. *Dacier* sur cet endroit d'Homére, l'un des plus beaux qui se trouvent dans les auteurs anciens. Dans tout ce que nous avons de plus belle poésie, *dit elle*, je ne croi pas qu'il y ait rien de plus noble, de plus poétique, & de plus heureusement imaginé, que cette fiction qui personifie les priéres & l'injure, en leur donnant toutes les qualités, tous les sentimens, & tous les traits de ceux qui font l'injure, & qui ont recours aux priéres.

Les Priéres sont filles de Jupiter. Car c'est Dieu, qui inspire les priéres, & qui enseigne aux hommes à prier. *Elles sont boiteuses, ridées*, &c. Ceux qui prient ont un genoux en terre, le visage ridé & baigné de pleurs, n'osent lever les yeux, sont tremblans & humiliés.

L'Injure altiére, &c. Cette Déesse est appellée *Até* dans le grec, & l'on en voit une belle description dans le dixneuviéme livre de l'Iliade, que l'on pourra consulter. L'Injure au pié léger marche la premiére: car les violens & les emportés sont promts à commettre le mal. L'humble Priére la suit, & il n'y a que la priére qui puisse réparer les maux que l'injure a faits.

Elles l'écoutent à leur tour dans ses besoins, &c. Voila une grande vérité marquée bien clairement: Que pour être exaucé des Dieux, & en obtenir le pardon, il faut écouter les priéres des hommes qui nous ont offensés, & leur pardonner leurs fautes.

Elles prient leur pere de donner pour compagne à celui qui les a méprisées l'outrageuse Até. Que ce retour me paroit beau! naturellement les Priéres suivent l'injure, pour guérir les maux qu'elle a faits. Mais quand on a méprisé & rejetté les Priéres, l'Injure les suit à son tour pour les venger, & elle les suit par l'ordre même de Jupiter, qui s'en sert pour faire exécuter les ordres de la justice.

v. 511.

Φέροι, ferret.

Τὰ δ' ἔπιθ' ὀνομάζοι, & alia in futurum nominaret.

v. 512.

v. 512.

Ἐπιζαφελῶς, *adv.* vehementer, ardenter : pertinaciter. ab ἐπιζάφελος, ε, ὁ, ἡ, valde vehemens, ardens, fervidus. *quod* ex ἐπὶ & ζαφελὴς, ardens.

Χαλεπαίνῃ, iratus esset.

v. 514.

Χατέω, ῶ, egeo, indigeo.

Χατέουσί περ ἔμπης· quantumvis indigentibus.

v. 515.

Ἀυτίκα, in præsenti. Ὄπισθεν, in posterum.

Διδοῖ, dat. præs. ind. Act. *contr.* pro διδόει, v. διδόω, *pro* δίδωμι, do.

Ὑπέσχη, pollicetur.

v. 516.

Λίσσεσθαι ἐπιπροέηκεν, qui supplicarent, *ad te* misit.

v. 517.

Κρινάμενος κατὰ — Electos per —

v. 518.

Τῶν μὴ σύγε μῦθον ἐλέγξῃς, Μηδὲ πόδας.] *Horum tu neque orationem, neque legationem; nec quid dixerint, nec quid fecerint tanti viri, itinere ad te suscepto, asperneris.* CLARK.

Ἐλέγχω *hic* aspernor.

v. 519.

Μηδὲ πόδας] μηδὲ τὴν ἐνθάδε ἄφιξιν. *Schol.*

Πρὶν δ' ὔτι νεμεσσητὸν κεχολῶσθαι· At prius haud reprehendendum, te ira exarsisse.] Non *ante* quam dona daret Agamemnon, sed *ante* quam oblatæ eum injuriæ pœniteret. Scilicet Achillis hic non *commodi & utilitatis* rationem duxit Phœnix, sed *honoris.* Ut recte annotavit *Domina Dacier.* CLARK.

v. 520.

Τῶν πρόσθεν — ἀνδρῶν, priscorum — virorum.

Ἐπευθόμεθα κλέα, audivimus laudes. Vid. ad *A.* 257.

v. 521.

Ἐπιζάφελος, vehemens. Vid. ad *v.* 512.

Ἵκοι, occupasset.

v. 522.

Δωρητὸς, ἡ, ὀν, donis *seu* muneribus placabilis. a δῶρον, donum.

Παραῤῥη-

Παρεῤῥητὸς, ἡ, ὸν, qui verbis flecti poteſt, exorabilis. ex παρὰ & ῥέω, dico.

v. 523.

Μέμνημαι τόδε ἔργον — *Je me ſouviens à ce propos d'une hiſtoire ancienne, qui reſſemble aſſez à ce qui ſe paſſe aujourd'hui, & qui eſt une leçon admirable.* — DAC.

v. 524.

Ἐν *hic* inter.

Ἐρέω, narrabo.

v. 525.

Μενεχάρμης *ſeu* μος, ου, ὁ, gaudens *ſeu* promtus in bello. ex μένος, τὸ, & χαίρω· qui bellicos labores ſtrenue *vel* infracto animo ſuſtinet. *Aut* μένων ἐν τῇ χάρμῃ, permanens in pugna.

v. 527.

Ἀμυνόμενοι, *ſeq. Genit.* defendentes, *ſeq. Acc.*

Ἐρατεινὸς, ἡ, ὸν, amabilis, amœnus, jucundus. ab ἐράω, amo.

v. 530.

Θαλύσια, ων, τὰ, primitiæ frugum, *vel* ſacra, quæ poſt fruges collectas Diis offeruntur, maxime Cereri. a θάλλω, vireo, floreo: *quod eorum beneficio omnia viruiſſent.*

Γουνὸς, ἡ, ὸν, fertilis, fœcundus, uber. 2.) *h. l. Subſtant.* ſolum fertile *vel* ferax, locus fœcundus. *Jon.* pro γονός. a γείνομαι.

Ἀλωὰ, ᾶς, & ἡ, ῆς, *h. l.* campus *vel* ager frumentarius.

v. 532.

Ἔῤῥεξε, *ſacra* fecit.

v. 529. — 532.

Θαλύσια erant ſacrificia ab agricolis poſt meſſem facta ὑπὲρ τῆς εὐθαλίας τῶν καρπῶν, in animum gratum erga Deos, quorum beneficio fructibus terræ fruebantur. Feſta in his acta dicebantur Ἀλῶα, ut & Συγκομιςήρια, ἀπὸ τῆς συγκομιδῆς τῶν καρπῶν, hoc eſt, *a legendis fructibus.* Iſta in honorem Cereris & Bacchi, quibus præcipuæ curæ erant terræ fruges, celebrata fuiſſe nonnulli contendunt, ex *Menandro Rhetore cap.* περὶ λαλιᾶς.

Verum

Verum *Eustathius* ad *Iliad. I.* tradit, solennem quoque obambulationem in laudem Neptuni tunc factam fuisse; porroque addit, universos Deos sacrificiorum in hac festivitate factorum participes fuisse; ut etiam liquet ex ipsissimis *Homeri* verbis, referentis, Oeneum in se concitasse Dianæ iram, eo quod ipsi sacrificare neglexisset hoc in festo, quo alioquin ceteros omnes Deos convivio excepisset. Inde venit θαλυσιος ἄρτος, quandoque dictus θάργηλος apud *Athenæum Deipnosoph. Lib. III.* qui erat panis primum confectus ex novo tritico. Nonnulli volunt, θαλύσια fuisse generale nomen omnium festorum, in quibus τὰς θαλλὰς seu *ramos virides* gestabant. POTT. *Tom. I. p.* 419. add. FEITH. *L. I. C. X.* §. *VIII.*

v. 533.

Λάθετ', oblitus est. λαθεῖν proprie est, *alium latere*; λαθέσθαι, *latere se ipsum*, hoc est, *oblivisci. Commentat. de Verbis Græcorum Mediis. p.* 244.

v. 534.

Δῖον γένος] Διὸς θυγάτηρ.

v. 535.

Ὦρσεν ἐπὶ] ἐπῶρσε· immisit.

Χλούνης, ου, ὁ, *per contractionem factum ex* χλοεύνης, *ut sit is*, qui in virenti gramine cubat, *ideoque* ferus, agrestis, sylvestris: aper. a χλόα, & *Jon.* χλοίη, herba virens, gramen; & εὐνή, lectus.

Ἀργιόδους, οντος, ὁ, ἡ, candidis dentibus, albos dentes habens. ex ἀργὸς, albus: *vel* magnos dentes habens; ex ἄρι, valde, (*pleonasmo* τοῦ γ.) & ὀδοὺς, dens.

v. 536.

Ἔρδεσκεν, patravit: perpetrabat. imperf. ind. Act. *Jon.* pro ἔρδε, v. ἔρδω, facio.

Ἔθων, frequentans. *Schol.* εἰθισμένος τοῖς τόποις. ἐξ ἔθους καταφέρων, καὶ βλάπτων. v. ἔθω, consuesco, facio aliquid ex consuetudine.

v. 537.

Προθέλυμνα, alias super alias, *vel* radicitus, funditus. a προθέλυμνος, ου, ὁ, ἡ, e radice erutus, qui radicitus & funditus exstirpatur. ex πρὸ & θέλυμνον, ου, τὸ, fundamentum: *quod* a θέμαλον, τὸ, *idem*.

Χαμαὶ βάλε, humi proſtravit.

v. 538.

Αὐτῇσιν ῥίζῃσι, *Cum* ipſis radicibus.

Μῆλον, ου, τὸ, malum, pomum.

v. 540.

Θηρήτωρ, ορος, ὁ, venator. a θηράω, ῶ, venor.

v. 541.

Ἐδάμη, domitus fuiſſet.

v. 542.

Ἐπέβησε, *cum Genit.* aſcendere fecit. *ſeq. Acc.*

Πυρῆς ἐπέβησεν] ἀντὶ τοῦ, πυρὸς ἐπεβίβασεν· ἀνεῖλεν αὐτούς. Οὐ ζῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τελευτήσας, διὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ μάχην. Ἀλεγεινῆς δὲ πυρῆς, ἐπεὶ ἀλγοῦμεν ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσιν. *Schol.*

v. 543.

Ἡ δ', Illa vero (*Diana.*)

Θῆκε *hic* excitavit.

Κέλαδος, ου, ὁ, ſtrepitus: tumultus: clamor.

v. 547.

Τόφρα δὲ, Tamdiu utique.

Οὐδ' ἐδύναντο Τείχεος ἔκτοσθεν μίμνειν,] *Caſtra ipſi ſua tueri non poterant, nedum urbem expugnare.* CLARK.

v. 549.

Ἔδυ, ſubiit.

v. 550.

Οἰδάνω, tumefacio, inflo. οἰδάνομαι, tumeſio, turgeſco.

Πύκα περ φρονεόντων, probe licet ſapientium.] σωφρονούντων, συνετῶν.

v. 551. — 568.

Ἥτοι — ἔχουσα. Nempe ille — habens.] Verſus hoſce *octodecim* in *Parentheſin* incluſi, & ipſam *aliis interjectis Parentheſibus* intricatam. Id quod tantum abeſt ut ſcriptori luculentiſſimo, & ſupra omnes perſpicuo, vertendum ſit vitio; ut contra ſummo hic, ſi usquam aliâs, artificio, verboſam illam & *ſenilem* narrandi rationem, in *Phœnicis* perſona, depinxerit. *Popius* tamen videtur *aliter ſenſiſſe.* Vide infra, ad Λ. 687. CLARK.

v. 553.

Καλλίσφυρος, ου, ὁ, ἡ, cui pulcri ſunt pedum malleoli; pedibus

pedibus elegans, pulcros habens pedes; pulcher. ex κάλλος & σφυρὰ, malleolus.

v. 554.

Ἴδεω] Pronunciabatur Ἴδω, vel Ἴδυ. CLARK. De hoc *Ida* accepta est inscriptio capitis, quod miræ magnitudinis repertum est in Sicilia cum inscriptione ΙΔΕΩ. apud Phlegont. de Mirabil. C. XI. ERN.

v. 555.

Τῶν τότε, Eorum, qui tunc erant.

Ἄνακτος ἐναντίον, contra regem.

Εἵλετο, sumsit.

v. 556.

Νύμφης] *Marpissæ*, uxoris suæ.

v. 557.

Τὴν δὲ] *Cleopatram*, filiam suam.

v. 558.

Ἐπώνυμον, cognomine. ab ἐπώνυμον, ου, τὸ, cognomen. ab ἐπώνυμος, ου, ὁ, ἡ, additus ad nomen, *quasi* supernominis, qui pro cognomine tribuitur: *item* cognominis. ex ἐπὶ & ὄνομα, nomen.

v. 559.

Μήτηρ] *Marpissa*.

Πολυπενθὴς, έος, ὁ, ἡ, multum lugens, quem crebro calamitates luctu adficiunt, miser, luctuosus, luctu plenus. ex πολὺς & πένθος, luctus.

v. 560.

Μιν, ipsam.

v. 561.

Τῇ ὅγε, huic (*Cleopatræ*) is (*Meleager*.)

Παρκατέλεκτο, accubuerat: accubabat. pro παρεκατελέλεκτο, *per Sync. adjecto etiam augmento*, plusq. perf. ind. Pass. v. παρακαταλέγομαι, accubo, cubo apud —. ex παρὰ, κατὰ, & λέγομαι, cubo.

v. 562.

Ἐξ ἀρέων, *pro* ἀρῶν, Propter diras.

Ἧ ῥα, *quæ utique*.

v. 563.

Ἠρᾶτο, supplicabat.

Κασιγνήτοιο φόνοιο, fraternæ cædis *causa*.

v. 564.

v. 564.

Γαῖαν πολυφόρβην, Terram almam.

Πολύφορβος, ȣ, ὁ, ἡ, & βος, η, ον, multis pabulum *seu* escam præbens *vel* suppeditans. ex πολὺς & φορβὴ, ῆς, ἡ, pabulum, alimentum, esca.

Ἀλοία, verberabat. imperf. ind. Act. *Jon.* & *contr.* pro ἠλοίαε, v. ἀλοιάω, pulso, percutio.

v. 565.

Κικλήσκȣσ', Invocans.

v. 566.

Πρόχνυ, *adv.* in genua. ex πρὸ & γόνυ, genu.

Δεύοντο, rigabantur.

v. 564 — 566.

Quia Dii inferi subter terram degere existimabantur; manibus deorsum inclinatis illos orare solebant. Quin etiam ut inferos excitarent ad audiendum, terram aliquando percutiebant pedibus: quod fecisse dicuntur, dum pronunciarent illa Hecubæ verba, quibus Deorum infernalium opem implorat apud *Euripidem Hecuba v.* 79.

Ω χθόνιοι Θεοὶ, σώσατε παῖδ' ἐμόν.

O Dii subterranei, servate filium meum.

Aliud exemplum e *Cicerone Tuscul. Quæst. Lib. II.* adjiciam: *Tum Cleantem*, (inquit) *cum pede terram percussisset, versum ex Epigonis dixisse ferunt:*

Audisne hæc, Amphiaraë, sub terram abdite?

Quandoque manibus pulsabant terram: nempe quando in genua provoluti precabantur. Sic mater Meleagri *h. l.* POTT. *Tom. I. p.* 268. add. LAKEM. *P. III. C. II.* §. *VIII.*

v. 567.

Παιδὶ δόμεν θάνατον, ut filio darent mortem.

Τῆς δ' — Ἔκλυεν — Hanc autem — Exaudivit.

Ἠεροφοῖτις, ιδος, ἡ, quæ in tenebris vagatur. ex ἠὴρ & φοιτάω, eo.

v. 568.

Ἐξ Ἐρέβευσφιν, Ex Erebo, *vel* ex tenebris. *addito* φιν *Genitivo nominis* Ἔρεβος, εος, τὸ, Erebus, orcus, *seu* caligo orci.

v. 562. — 568.

Parentum, vel sacerdotum diræ maxime exitiales credebantur, vel aliorum hominum sacrorum, vatum, regum, & similium. Meleager *h. l.* periisse dicitur a matre devotus. Et *paulo ante* de se Phœnix narravit, quod propter patris sui diras liberos habere concessum ipsi non fuerit. *v.* 453. — 457. POTT. *Tom. I. p.* 270. 271. LAKEM. *P. III. C. II.* §. *X.*

v. 569.

Τῶν δὲ] *Meleagri popularium*, *Ætolorum.*
Ὀρώρει, excitabatur.

v. 570.

Πύργων βαλλομένων, Turribus percussis.

v. 572.

Ἐξελθεῖν καὶ ἀμῦναι, Ut exiret & propulsaret *hostes.*
Ὑποσχόμενοι, polliciti.

v. 573.

Ὁππόθι, *adv.* ubi.
Πιότερος, pinguior. πιότατος, pinguissimus. a πίων, pinguis.

v. 574.

Ἑλέσθαι, eligere.

v. 575.

Πεντηκοντόγυιος, ου, ὁ, ἡ, qui quinquaginta jugerum est. ex πεντήκοντα, quinquaginta, & γύα, *sive* γύια, ας, ἡ, arvum. *item*, arvi spatium, *seu* jugerum.
Οἰνόπεδον, ου, τὸ, campus vini ferax, solum vitiferum, vinea. ex οἶνος & πέδον, campus.

v. 576.

Ψιλὸς, ἡ, ὸν, nudus. 2.) tenuis, exilis, vilis. ἄροσις ψιλὴ, *sive* γῆ ψιλὴ, *scil.* βοτάνης, terra nuda & non consita.
Ἄροσις, εως, ἡ, aratio. 2.) agricultura. 3.) ager frumentarius. ab ἀρόω, ῶ, aro.
Ταμέσθαι, separatum accipere. *Schol.* ἀποτεμέσθαι, εἰς τιμὴν λαβεῖν.

v. 577.

Λιτανεύω, supplex oro, supplico. a λιτανος, η, ον, supplex.

v. 579.

v. 579.

Σανὶς, ἴδος, ἡ, tabula, affer. *Apud Hom. ſæpe σανίδες ſunt* valvæ.

Γενόομαι, ἔμαι, genua amplectens oro, ſuppliciter oro. *Eſt & γουνάζομαι idem. A.* 427.

v. 580.

Κασιγνήτη, ης, ἡ, ſoror germana. ex κάσις, ιος, ὁ, ἡ, frater *vel* ſoror; & γείνομαι, naſcor.

v. 582.

Κεδνὸς, ἡ, ὀν, dignus, cujus cura habeatur, in pretio ob virtutem habendus: venerandus: carus. à κῆδος, εος, τὸ, cura.

v. 583.

Οὐδ' ὡς τῶ — ne ſic *quidem* ejus —

v. 584.

Πρίν γ' ὅτε δὴ — Antequam jam —

Πύκα βάλλετο, frequenter percuteretur.

v. 585.

Ἐνέπρηθον] *Jamjam incendebant; jamjam ad comburendum aggrediebantur.* CLARK.

v. 588.

Κήδε' *pro* κήδεα, Mala.

Πέλει, contingunt.

Ἁλῷη, capta fuerit. *Attic.* pro ἁλοίη. aor. 2. opt. Act. v. ἅλωμι capio. *Aor. 2. ſignificat Paſſive.*

v. 589.

Ἀμαθύνω, in arenam, in pulverem, in cineres redigo. 2.) perdo, deſtruo. ab ἄμαθος, ου, ἡ, arena: campi pulvis.

v. 590.

Ἄγουσι, abducunt.

Βαθύζωνος, ου, ὁ, ἡ, infra cinctus, alte *ſeu* profunde ſuccinctus. *Quidam hoc Epitheton barbaricum mulierum eſſe voluerunt. Sed in genere* formoſus, pulcher, *ut hic.* ex βαθὺς, profundus, & ζώνη, cingulum.

v. 591.

Κακὰ ἔργα, ſæva facta.

v. 594.

Εἶξας ᾧ θυμῷ] *Schol. Victor.* in pleriſque optima, aliique fere hoc ita accipiunt, ut dicatur Meleager, vel

 jam

jam olim, (πάλαι, ἢ νῦν, *antequam* suis opitularetur, *iræ* habenas dedisset; vel *nunc demum*, *quum* suis opitularetur, *iracundiæ* (τῷ ἐπιλογισμῷ) fuisse obsequutus. Sed neutrum fert linguæ Græcæ ratio. Εἶξας τῷ θυμῷ necessario est, *jam tum* quum suis opitularetur, *animos sibi incitans*, *animo incitato demum habenas dans*, *effusis habenis hostem invadens*; Σὺ δὲ σῷ μεγαλήτορι θυμῷ Εἶξας. v. 109. *bujus Libri*. Τὸν δεξιὸν ἵππον Κένσαι ὁμοκλήσας, εἶξαί τέ οἱ ἡνία χερσίν. Ψ. 336. Βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ Εἴξας, εἶσ' ἐπὶ μῆλα βροτῶν. Ω. 42. Virgil. *Irarumque omnes effundit habenas. Æn. XII*. 499. CLARK. Schol. Lips. πάλαι, ὅτε ὠργίζετο, ἢ νῦν ὅτε ἤμυνεν, Καὶ θυμὸν τὸν ἐπιλογισμὸν φησὶ &c. ERN.

Οὐκέτι, non deinceps, tamen non.

v. 595.

Αὔτως, sic *vel* gratis, sine præmio.

v. 596.

Νόει, cogites.

v. 597.

Ἐνταῦθα, hic, illic, huc, *istuc*, eo, ab ἔνθα, *adv.* hic; ibi, illic.

v. 598.

Ἐπὶ δώροις, *nunc* accepta conditione donorum.

v. 600.

Εἰ δέ κ' ἄτερ δώρων] *Quod si tandem invite & necessitate coactus* &c. CLARK.

Δύῃς, inieris.

v. 601.

Ἔθ', Tum.

Ὁμῶς τιμῆς, æque *in* honore.] *Eodem loco honoris*. *Al.* ὁμῶς τιμῆς, quod est τιμήεις: Qua ratione alibi dicitur, καὶ χρυσὸν τιμῆντα — Σ. 475. CLARK.

Ἔσεαι, *pro* ἔσῃ, eris.

Πόλεμόν περ ἀλαλκών· bellum quamvis propulsaveris.

Ἀλάλκω, depello, arceo. ab ἀλκέω, ῶ, arceo, auxilior.

v. 603.

Ἄττα, *b. l.* vox, qua juniores compellant senes, *quasi* pater.

Οὔτι με ταύτης χρεὼ τιμῆς, Minime mihi opus est hoc honore. Vid. ad *v.* 75. *bujus Libri*. item L. BOS *Ell. Gr. p.* 262. & 283. *Ejusdem*que *Præfat.*

v. 604.

v. 604.

Φρονέω δὲ τετιμῆσθαι, puto enim *me* honoratum fore.

Διὸς αἴσῃ, Jovis voluntate.

v. 605.

Ἔισοκ' ἀϋτμὴ] Virg. *Dum ſpiritus hos reget artus. Æn. IV.* 336.

Ἀϋτμὴ, ῆς, ἡ, halitus, ſpiritus.

v. 606.

Ὀρώρῃ, moveantur.

v. 608.

Σύγχει, turba. v. συγχέω, confundo, permiſceo, confundendo miſceo: turbo, conturbo, perturbo.

v. 610.

Ἀπέχθηαι, odio ſis. *pro* ἀπέχθῃ.

Φιλέοντι, *te nunc* amanti.

v. 611.

Καλόν τοι, Decet te.

Κήδειν, angere: lædere; λυπεῖν, βλάπτειν. *Schol.*

v. 612.

Ἶσον ἐμοὶ βασίλευε, *ſcil.* μέρος: æqualem mecum regni partem tene: æqualiter mecum regna.

Ἥμισυ μείρεο τιμῆς, dimidium ſortire honorem. ἥμισυ, pro ἥμισυ μέρος, *dimidiam partem* honoris.

Μείρεο, ſortire, accipe. *pro* μείρου. v. μείρω, divido, partior. μείρομαι, ſortior.

v. 613.

Ἀγγελλέουσι, renunciabunt.

Αὐτόθι, *adv.* illic, iſtic, hic, ibi.

Λέξεο, cubato.

v. 615.

Ἦ κε — ἤ κε — an — an.

Ἐφ' ἡμέτερα] ἀντὶ τοῦ, εἰς τὰ ἡμέτερα· εἰς τὴν πατρίδα. *Schol.*

v. 616.

Ἐπ' — νεῦσε σιωπῇ, annuit tacite.

v. 617.

Στορέσαι πυκινὸν λέχος, ut ſterneret denſum lectum.

v. 618.

Νόστοιο μεδοίατο, de reditu cogitarent. μεδοίατο, præf. opt. Med. *Jon.* pro μέδοιντο, v. μέδω, curo.

v. 621.

Ἴομεν, Abeamus.

Μύθοιο τελευτὴ, sermonis *nostri* exitus, *seu* finis.

v. 622.

Κρανέεσθαι, perficiendus. *Dialysi Jonica* pro κρανεῖσθαι, v. κραίνω, perficio, effectum reddo.

v. 623.

Καὶ οὐκ ἀγαθόν περ ἐόντα, Etiamsi non lætum sit, *scil.* responsum.

v. 626.

Μεταλρέπεται, rationem habet.

v. 627.

Τῆς, ἣ — Illius, qua —

Ἔξοχον ἄλλων, supra ceteros.

v. 628.

Νηλής, *Alii* νηλεής. Vid. ad Γ. 292.

Φονοιο, pro cæde.

v. 629.

Ου παιδὸς — τεθνειῶτος, pro suo filio — occiso.

v. 630.

Καὶ ῥ' ὁ μὲν — Τοῦ δὲ] *Is, qui pretium dedit — Ejus, qui datum accepit.* CLARK. Et is quidem, *qui interfecerit,*

Ἐν δήμῳ — αὐτοῦ (*Alii,* αὐτοῦ) in *sua* civitate — ibi.

v. 631.

Τοῦ δέ, Et alterius.

v. 628. —

Homicidii pœna fuit *exilium:* cujus tempus fuisse *annum*, tradit *Scholiastes Euripidis Hyppolito*, ad *v.* 35. Ἔθος γὰρ τοῖς ἐφ' αἵματι φεύγουσι ἐνιαυτὸν ποιεῖν ἐκτὸς τῆς πατρίδος. *Moris enim fuit, ut qui ob cædem aufugissent, anni tempus extra patriam degerent.* Antiquissima utique homicidii pœna, quæ haud dubie a primo ejus auctore in ceteros divino jure derivata est.

Sed enim *redemta* quoque *pretio* pœna illatæ cædis a cognatis occisi. Sic enim *h. l.* Ajax obstinatum Achillis animum ex eo arguit, quod alius pro fratris cæde, etiam

etiam accepta satisfactione, interfectorem sinat domi remanere. FEITH. *L. II. C. VIII. §. III. & IV.*

v. 632.

Σοὶ δ', Tibi vero, *o Achille*,] Elegantissime orationem ab *Ulysse* repente ad *Achillem* convertit. Ἐντέχνως ἡ μετάβασις ἐκ τοῦ Περὶ ἄλλου λόγου, εἰς τὸν Πρὸς αὐτόν. *Schol. Victorian.*

Ἄληκτον, implacabilem. *Schol.* ἄληκτον, ἀκατάπαυστον, ἀθεράπευτον. Vid. *B.* 452.

Κακὸν, durum.

v. 633.

Εἵνεκα κούρης Οἴης, *Et cela pour une captive*] C'est un reproche très-piquant, comme si Achille étoit l'homme le plus amoureux & le plus asservi aux femmes. Un pere pardonne la mort de son fils, un frere celle de son frere; & Achille ne pardonnera pas l'enlevement d'une captive qu'on lui a prise. DAC.

v. 634.

Ἔξοχα, *adv.* excellenter, eximie, supra modum.

v. 635.

Ἐπὶ τῇσι, præter has.

Ἵλαον ἔνθεο θυμὸν, propitium indue *tibi* animum.

v. 636.

Μέλαθρον, *tuam* domum.

Ὑπωρόφιοι δέ τοι εἰμὲν, sub tecto enim tuo sumus.

Ὑπωρόφιος, ου, ὁ, ἡ, qui sub tecto *seu* camera est. 2.) contubernalis, domesticus. ex ὑπὸ & ὀροφὴ, ῆς, contignatio, qualis est tectorum. *quod* ab ἐρέφω, tego, tectum impono.

v. 635. 636.

Mensis olim sanctitas concessa fuit: quin & ipsa domus, in qua convivabantur, quandam reverentiam vendicabat: adeo ut Ajax *h. l.* inde argumentum duxerit, quo Achillem propitium redderet. POTT. *Tom. II. p.* 351.

v. 637.

Μέμαμεν, studemus.

v. 641.

Κατὰ θυμὸν, ex animo.

Ἐείσαο μυθήσασθαι, visus es dixisse.

v. 643.

Ἀσύφηλος, ου, ὁ, ἡ, vilis, abjectus, nullius pretii, inhonorus. ex ἄτω, noceo, & φῆλος, ου, ὁ, impostor, fallax.

v. 644.

Ἀτίμητος, ου, ὁ, ἡ, inhonoratus, contemtus, neglectus. 2.) non æstimatus. 3.) qui non æstimari solet. ab ἀτιμάω, ῶ, despicio.

Μετανάστης, ου, & μετανάστιος, ου, ὁ, ἡ, qui sedibus suis relictis, alio habitatum se contulit. *Exponitur* pullus patria, exul, peregrinus, inquilinus. *ut hic.* a μετανίστημι. sedibus pello, migrare facio.

v. 645.

Ἔρχεσθε, abite.

v. 649.

Κατά τε σμύξαι πυρὶ νῆας.] De verbo σμύχειν & compositis copiose agit Cel. *Hemsterh.* ad Lucian. Dial. mort. VI. 3. p. 351. sqq. monens, *Homerum*, ut poëtam, paulum discessisse a propria significatione, quæ ignem non luculentum, sed multo fumo mistum & sensim consumentem aliquid indicat. Quod tamen non est ab h. l. alienum. vid. 242. 243. ERN.

Κατασμύχω, attero, absumo. *h. l.* exuro, incendo, igni vasto. ex κατά & σμύχω, *idem.*

v. 650.

Τῇ 'μῇ, *per Synæresin* pro τῇ ἐμῇ.

v. 651.

Καὶ μεμαῶτα, quantumvis ardentem.

Μάχης σχήσεσθαι, a pugna destiturum.

v. 653.

Σπείσαντες, libatione facta.

Ἴσαν πάλιν, redierunt.

v. 655.

Ὅττι τάχιστα, quam celerrime. Ὅτι cum superlativo tam nominis, quam adverbii, videtur quandam adverbii rationem induere, idemque valere, quod apud Latinos *quam.* VIG. *Idiot. C. VIII. S. IX. R. II.* add. DEVARII *de Gr. Linguæ Partic. Lib. p.* 266.

v. 654.

v. 654. & 656.

Πάτροκλος δ' ἑτάροισιν, ἰδὲ δμωῇσι, κέλευσε,

— — — —

Αἱ δ' ἐπιπειθόμεναι στόρεσαν λέχος, ὡς ἐκέλευσε.

Patroclus autem sociis, & ancillis, imperavit,

— — — —

Illæ (*Socii & Ancillæ*) autem obedientes straverunt lectum, ut imperaverat.

Cur hic Fœmininum genus dominetur, tradit *Eustathius* ideo factum, quod mulieres ad ejusmodi servitium sint aptiores. POSS. *Synt. p.* 16. 17.

v. 657.

Κῶος, εος, τὸ, pellis ovina, ovinum vellus.

Ῥῆγος, εος, τὸ, culcitra, lodix, stragula, *inprimis* tincta, *ut* purpura, *aut* picta. a ῥήγνυμι, frango, rumpo.

Λεπτὸς, ή, όν, tenuis, subtilis.

Ἄωτον, ου, τὸ, flos. 2.) præstantissimum cujusque rei.

Pellium quoque magnus olim ad dormiendum *usus.* Ita Achilles *h. l.* Phœnici jubet sterni Κῶεά τε, κ. τ. λ. Ulysses etiam apud Eumæum dormivit inter caprarum ac ovium pelles, læna superinjecta. *Odyss. XIV. v.* 519. *sq.* & super ἀδέψητον βοέην, *pellem bovinam non subactam, Odyss. XX. v.* 2. Sic Anchisæ λέχος, *lectus*, in *Hymno in Vener. v.* 159. *sqq.*

Χλαίνῃσιν μαλακῇς ἐστρωμμένον· αὐτὰρ ὕπερθεν
Ἄρκτων δέρματ' ἔκειτο. — — —
Caſſis conficiebatur frequentius *ex pellibus animalium:* unde natæ ſunt variæ appellationes ab animalium nominibus deſumtæ ; cujusmodi apud *Hom.* ἰκτιδέη, ταυρείη, ἀλωπεκέη, λεοντέη, αἰγείη, & aliæ, quarum uſitatiſſima κυνέη, *ex cute canina conſtans. Euſtathius* interpretatur ποτάμιον κύνα, *canem aquaticum*, cujus uſus apud Veteres tam vulgo obtinebat, ut ſæpius pro ipſa galea ſumatur, etſi ex diverſa materia conflata, teſte Homero *h. l.*

Hæ cutes villoſæ geſtabantur, & ad majorem terrorem dentibus quaſi in hoſtem ringentibus non raro armatæ. Ad hunc morem miles apud *Virgil. Æneid. Lib. VII. v. 666.* in publicum prodit:

Ipſe pedes tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum ſeta cum dentibus albis,
Indutus capiti, ſic regia tecta ſubibat.

Non abſimili galea ſuum Ulyſſem inſtruit Homerus *Iliad. K. v. 261. ſqq.* POTT. *Tom. I. p.* 21. 22. add. FEITH. *L. IV. C. VIII.* §. *I.*

Quædam ex galeis antiquis criſta aut cono plane carebant. Hoc galeæ genus dicitur καταῖτυξ, ut diſcere eſt ex *h. l.* POTT. *Tom. II. p.* 24.

v. 259.

Κέκληται, vocatur. Ῥύεται, tuetur.

v. 262.

(ἐκ) Ῥινῦ ποιητήν· Ex pelle factam. *Materia*, e qua aliquid fit, quum Genitivo exprimitur, ſuppreſſam habet præpoſitionem ἐκ. BOS *Ell. Gr. p.* 315.

v. 263.

Ἐντέτατο στερεῶς, Illigata erat firmiter.

v. 264.

Ὗς, ὑὸς, ὁ, ἡ, *idem quod* σῦς, ſus, porcus, aper.
Θαμὴς, ἐος, ὁ, ἡ, *idem quod* θαμειὸς, *A. v.* 52. creber, frequens

frequens. hinc θαμέες, & θαμέας, Nomin. & Accuſ. plur. apud Poëtas.

Ἔχω, *h. l.* munio.

v. 265.

Πῖλος, ου, ὁ, pileus.

Nullum profecto *pileum*, quali nos utimur, in *Homero* reperire licet, quod certe mirum eſt; nam *Heſiodus* Homero ferme coævus pileum memorat (*in Oper. v.* 543. *ſq.*)

——— κεφαλῆφι δ᾽ ὕπερθεν

Πῖλον ἔχει. ———

——— *capiti autem deſuper aptum*

Pileum habet. ———

Πῖλον *pileum* quidem ſemel Homerus nominat, ſed eo nomine intelligit coactile illud ex lana villisque, quod mediam galeæ partem interius obibat, ne capiti eſſet gravior.

—— μέσσῃ δ᾽ ἐνὶ πῖλος ἀρήρει.

— in media autem pileus *lana compacta* aptatus erat. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. II. p.* 145. FEITH. *L. III. C. VII.* §. *I.*

v. 266.

Τόν ῥά ποτ᾽ ἐξ Ἐλεῶνος] *Hanc utique galeam olim ex Eleone &c.* Vim enim habet vocula ῥα in connectenda ſententia cum eo, quod præceſſit, v. 261. CLARK. Pour relever le prix de ce caſque il en fait l'hiſtoire, comme il a fait ailleurs celle du ſceptre d'Agamemnon. DAC.

Ἐλεῶνος] Ἐλεών, πόλις Βοιωτίας. } *Schol.*
Ὀρμενίδαο] Ὀρμένου παιδός. }

v. 267.

Ἐξέλετο, Ademerat.

Πυκινὸν δόμον, ſolidam, *vel* elegantem domum.

Ἀντιτορέω, ῶ, transfodio, perfodio. ex ἀντὶ & τορέω, fodio.

v. 268.

Σκάνδειαν δ᾽ ἄρα δῶκε, *In* Scandi autem dedit] Ex ſtilo *Homerico* conjecerim equidem, intercidiſſe hic forſitan verſiculum; adeoque vocem Σκάνδειαν extitiſſe ex corrupto

 Homi-

Hominis cujusdam nomine, qui galeam ab *Autolyco* acceptam tradiderit scilicet *Amphidamanti*. Sed conjecturis non temere indulgendum. CLARK.

v. 269.

Ξεινήϊον εἶναι, hospitale munus ut esset.

v. 271.

Δὴ τότ'] Legitima ratio desiderat ἡ vel αὐλὴ δὴ τότ', ut mox v. 294. & sexcentis aliis locis. Sed articulus vel pronomen intelligi debet: hujusque rationis etiam alia sunt apud Homerum exempla. ERN.

Ἀμφιθεῖσα, circumposita. v. ἀμφιτίθημι, circumpono.

v. 273.

Λιπέτην, reliquerunt.
Κατ' αὐτόθι, illic.

v. 274.

Ἐρωδιὸς, ȣ͂, ὁ, ardea, ardeola: *avis species.*

v. 274. 275.

Noctuæ pro inauspicatis alitibus plerumque habebantur; sed Athenis victoriam & res prosperas ominabantur, quia Minervæ, illius civitatis præsidi Numini, sacræ erant; unde natum est proverbium, γλαὺξ ἵπταται, quod de iis, qui suorum inceptorum felicem exitum assequuntur, vulgo dicebatur. Themistocli enim in summo navis tabulato consilia cum ceteris præfectis agitanti, iisque in diversam ab illo sententiam abeuntibus, qui pugnæ fortunam tentare recusabant, noctuam a dextro navis latere visam, & malo insidentem illorum animum ita accendisse, ut pugnandum esse unanimiter consenserint, & ad prælium sine mora se accinxerint, tradit *Plutarchus* in *Themistocle*. Sed aliis in locis noctuas pro infelicibus ominibus acceptas fuisse, si iis, qui rem seriam agebant, apparuissent, narrat *Ælianus Histor. Animal. Lib. X. Cap.* 37. Exemplum nobis suppetit in Rege Pyrrho, cujus mortem dedecorosam, qua Argis occubuit, noctuam in summitate hastæ, quam manu gestabat, residentem prædixisse refer-

refertur. Quocirca Diomedi & Ulyssi castra Trojana nocte, quo tempore noctuæ in publicum prodire solent, explorantibus pro bono omine ἐρωδιὸν, aut *ardeam*, misisse Minervam, tradit Hom. *h. l.* In quem locum *Eustathius* asserit, illam alitem iis, qui insidias aut alios quosvis dolos struebant, felicia omina tulisse. POTT. *Tom. I. p.* 349. add. Baniers Götterlehre ꝛc. *Tom. I. p.* 821. *sqq.* aliosque, a FABRICIO *in. Bibliogr. Antiq. Cap. XII.* citatos.

v. 276.

Κλάγξαντος ἄκουσαν, clangentem audierunt.

v. 277.

Χαῖρε — τῷ ὄρνιθ', Gavisus est — de ave.

v. 280.

Κινύμενος, Quum moveor: κινούμενος, ἐπὶ πρᾶξιν ὁρμῶν. *Schol.*

Φίλαι, dilige.

v. 281.

Εὐκλεής, έος, ὁ, ἡ, gloriosus, celeber: gloria onustus. ex εὖ & κλέος, *pro* κλέος, gloria,

Ἀφικέσθαι, *nos* reverti.

v. 282.

Ῥέξαντες μέγα ἔργον] *Hectorem* ut opprimant, id vero non precatur: *Quanquam, O!* — *v.* 406. Sed præclarum *aliquod* facinus ut obeant. CLARK.

v. 285.

Σπεῖο, Sequere. *Jon.* pro σποῦ. aor. 2. imper. Med. v. σπόμαι, pro ἔσπομαι, *seu* ἕπομαι, sequor.

v. 286.

Πρὸ *h. l.* pro.

Ἄγγελος, legatus, nuncius.

Ἤιει, ivit: iverat. plusq. perf. ind. Med. v. εἶμι, eo.

v. 287.

Ἐπὶ *hic* ad.

Ἀσωπῷ] Ἀσωπὸς, ποταμὸς Βοιωτίας, πλησίον Θηβῶν. *Schol.*

v. 289.

Κεῖσ', *pro* κεῖσε, illuc.

Ἂψ ἀπιὼν, rediens.

Μήσατο, edidit. pro ἐμήσατο, v. μήδομαι, *h. l.* ſtruo, perpetro, edo.

v. 290.

Σύν σοὶ, Te favente.

Πρόφρασσα, ης, ἡ, promta, benevola, propenſa. a πρόφρων, ονος.

v. 291.

Ἐθέλουσα παρίστασο, lubens adſta.

v. 292.

Βοῦν ἦνιν, juvencam anniculam.

Εὐρυμέτωπος, ου, ὁ, ἡ, lata fronte, latam frontem habens. *Bovis* epith. ex εὐρὺς, latus; & μέτωπον, τὸ, frons.

v. 293.

Ἄδμητος, ου, ὁ, ἡ, indomitus. ex α priv. & δαμάω, domo.

v. 292. 293.

Præter ſues taurus, bos, vacca, ovis, agnus, caper, & aper ex quadrupedibus, ex volatilibus vero gallus, gallina, & hujusmodi, in ſacrificiis adhibebantur. Et certa ætate, & habitu corporis, Diis acceptiora habebantur. Ex. gr. vacca gratiſſima erat, unius anni, & priusquam ſubiiſſet jugum: qualem Palladi *h. l.* vovet Diomedes.

Simile votum concipit Neſtor *Odyſſ.* Γ. *v.* 382. aliique apud alios Poëtas. Quinctiam id in mandatis divinis erat, *Num. XIX.* 2. ut juvencam jugularent *integram, quæque jugum non ſubiiſſet.* Nempe Deo indigna erat victima, quæ humanis uſibus inſervierat. POTT. *Tom. I. p.* 239.

add.

add. PFEIFF. *Antiq. Græc. L. I. C. XVI.* BRUNINGS *Antiq. Græc. C. XXI. §. 8.* BOS *Ant. Gr. P. I. C. VI. §. VII.* aliosque.

v. 294.

Χρυσὸν κέρασιν περιχεύας, auro cornibus circumfuso.

Victimarum cornua infula & vittis, ipsarumque cervix corollis vinciebantur. Sed tamen is ordo an perpetuus fuerit, haud possum affirmare. Quod autem tum vittas & infulas, tum etiam coronas gestarent victimæ, testes sunt plurimi. *Virgil. Georg. Lib. III. v. 486.*

— — — stans hostia ad aram,
Lanea dum nivea circumdatur infula vitta.

Sed hæ infulæ Romanis præcipue in sacris, juxta Phrygiorum usum, adhiberi solebant. In Græcis Auctoribus coronatarum victimarum frequens mentio. Hinc Polyxena a Græcis mactata στεφηφόρος βοῦς a *Lycophrone* dicitur *Cassandra* v. 327. ὅτι ἐστέφανουν καὶ ἄνθεσιν ἔπαλλον τοὺς θυομένους, ut ibi loquitur *Tzetzes.* Extraordinaria quadam occasione, ut cum petebant aut accipiebant insigne aliquod beneficium, auro obducebantur victimarum cornua; quod Diomedes *h. l.* Minervæ pollicetur.

Ad quem morem alludens *Porphyrius* boves in sacrificium destinatos χρυσοκέρως vocat. Majores hostias solas, cujusmodi boves, sic decoratas fuisse, notat *Plinius Nat. Hist. Lib. XXXIII. Cap. III.* Sed contrarium elici videtur ex Senatusconsulto Romano, a *Macrobio Saturnal. Lib. I.* citato, quo Decemviri jubentur, ex Græcorum more, bovem ac duas capras cornibus deauratis Apollini mactare; nisi (ut nonnulli volunt) capri inter hostias majores annumerentur, æque ac oves inter maximas recensitæ, non tam ob crassitiem, quam quia Diis valde pretiosæ & acceptæ credebantur. POTT. *Tom. I. p.* 249. add. FEITH. *L. I. C. IX. §. V.*

v. 298.

Ἀμφόνον, ἀνέκυας,] Ce vers d'Homere est d'une beauté qui le rend remarquable parmi les autres quoique très-beaux. Les anciens ont fort loué ce passage de Xeno-

 phon:

phon : *Quand le combat fut fini , on voioit le champ de bataille , inondé de sang , couvert de morts , & semé de piques rompuës , & d'épées , les unes à terre , & les autres dans les corps morts.* [*Xenoph. Agesil. Cap. II.* §. 14. (Edit. Lipf. 1749.) *p.* 229] Mais Homere avoit ramassé toute cette image dans un seul vers, qui est d'une vivacité & d'une harmonie merveilleuse. DAC.

'Αμφονον, ἀν νέκυας,] διὰ τοῦ φόνου, καὶ τῶν νεκρῶν.

Δια τ' ἔντεα, καὶ μέλαν αἷμα.] διὰ τῶν ἐντέων, ἤγουν τῶν ὅπλων, καὶ μέλανος αἵματος. *Schol.*

v. 299.

'Ουδὲ μὲν οὐδὲ] Singularem habet vim duplex ista negatio, quæ sermone Romano exprimi non potest. CLARK. *Il. Z. v.* 130. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ — *E.* 22 οὐδέ γὰρ οὐδέ κεν — *M.* 212. οὐδὲ μὲν οὐδὲ — Vid. DEVAR. *de Gr. Ling. Part. Lib. p.* 287.

v. 304.

'Επι *h. l.* ob.

v. 305.

'Εριαύχης, ενος, ὁ, ἡ, cervicem elatam habens, arduus cervice. ex ἐρι, & αὐχὴν, ένος, ὁ, cervix.

v. 306.

'Επὶ *hic* apud.

v. 307.

"Οςις κεν τλαίη, Quicunque *hoc* ausus fuerit.

"Οι τ' αὐτῷ κῦδος ἄροιτο, sibi etiam ipsi gloriam reportaverit.

v. 311.

Φύξις, εως, ἡ, fuga. a φεύγω, fugio.

v. 312.

Νύκτα φυλασσέμεναι, Noctu excubias agere.

v. 316.

Ειδος — κακὸς, Specie — turpis.

v. 317.

v. 317.

Μετὰ *h. l.* inter.

v. 321.

Etiam *jurijurando* inserviebat *sceptrum*, pro veritatis symbolo, dum in altum attolleretur. Hinc Dolon Trojanus, naves Græcorum exploraturus, Hectori ait:

Ἀλλ' ἄγε, μοι τὸ σκῆπτρον ἀνάσχεο, καί μοι ὄμοσσον·
Sed age, mihi sceptrum attolle, & mihi jura.

Cui postulato & satisfacit Hector. Is enim

— — ἐν χερσὶ σκῆπτρον βάλε, καί οἱ ὄμοσσε.
— — *manibus sceptrum prehendit, eique juravit.*

Aristoteles Polit. Lib. III. Cap. XIV. ὁ δ' ὅρκος ἦν τῦ σκήπτρυ ἐπανάτασις· *Erat* Regibus antiquis *jusjurandum sceptri elevatio.* Exempla per sceptrum jurantium, Achillis & Latini, supra jam habuimus. Romanos etiam per sceptrum, e Jovis Feretrii templo sumtum, jurare consuevisse, ROSINUS observat. *Lib. II. C. V. p.* 103. LAKEM. *Observ. Philol. P. VIII. Obs. IV. §. II.* add. FEITH. *L. II. C. IV. §. VI.*

v. 324.

Ἀπὸ δόξης, *scil.* ἔσσομαι, *tuam de me* frustrabor opinionem. ἀπὸ δόξης εἶναι, opinionem frustrari.

v. 325.

Εἶμι διαμπερὲς, penetrabo: vadam passim.

v. 329.

Ἴσω, Sciat. *per Sync.* pro ἰσάτω. v. ἴσημι, scio.

v. 330.

Ἐποχέω, ῶ, veho. ab ἔποχος, ȣ, qui vehitur curru, *seu* equo.

v. 331.

Ἀγλαϊεῖσθαι, *iis* gavisurum: ornatum iri. *Attic.* pro ἀγλαΐσεσθαι, fut. 1. infin. Med. v. ἀγλαΐζω, (in quo, & aliis

aliis ejusdem generis in *ίζω*, in fut. 1. Attici tollunt σ, & ultimam circumflectunt: medium autem *ίσομαι* mutant in *ιῦμαι*, *ίεσθαι*, infin. in *ιεῖσθαι*.) illustro, splendidum reddo. 2.) honesto, decoro, orno. *Inde ἀγλαΐζομαι*, illustror. 2.) splendeo, splendesco, niteo. 3.) gaudeo. ab *ἀγλαὸς*, splendidus.

V. 332.

Ἐπίορκον ἀπώμοσε.] *Al.* ἐπώμοσε. CLARK. Non bene vertitur, *perjurium juravit.* Non perjurus est Hector: sed temere juravit, frustra, h. e. quod eventum non erat habiturum, quod futurum non erat, quanquam nulla Hectoris culpa. ERN.

Ἐπίορκον, *adv.* perjure. *Il.* Γ. 279. ab ἐπίορκος, perjurus. *quod* ex ἐπὶ & ὅρκος, ὁ, jusjurandum.

Ἀπόμνυμι, *seu* ύω, abjuro, jurejurando nego, ejuro. ex ἀπὸ & ὄμνυμι, juro

Ὀροθύνω, *idem quod* ὄρω, *ex eoque factum*: concito, excito, incito.

V. 335.

Κρατὶ δ' ἐπὶ — Capitique imposuit —

Κτίδεος, *per Aphær.* pro ἰκτίδεος, viverræ silvestris pelle *seu* corio confectus. *nam* galeam talem κτιδέην κυνέην dixit Homerus. a κτὶς, ίδος, ἡ, *pro* ἰκτὶς, mustela silvestris.

V. 337.

Μῦθον ἀποίσειν, ut nuncium referret.

V. 338.

Κάλλιφ', reliquit. *pro* κατέλιπεν.

V. 339.

Βῆ ῥ' ἀν' ὁδὸν μεμαώς.] *Ibat via trita, ardenter & incautus.* CLARK.

Φράζομαι, *h. l.* animadverto.

V. 341.

Τοι, sane.

V. 342.

v. 342.

Οὐκ οἶδ', ἢ — Haud ſcio, an —

v. 343.

Ἢ — συλήσων, An — ſpoliaturus —

v. 344.

Παρεξελθεῖν πεδίοιο, præterire per campum, tranſire campum.

v. 345.

Ἐπαΐξαντες ἕλοιμεν, inſequentes capiamus.

v. 346.

Παραφθαίησι, præverterit. aor. 2. opt. v. παραφθάνω, prævenio, præverto, anteverto, præcurro. ex παρὰ & φθάνω. *quaſi* a φθῆμι.

v. 347.

Ποτὶ νῆας, naves verſus.
Ἀπὸ στρατόφιν, a caſtris.
Προτιειλεῖν, compelle. a προτιειλέω, *Dor.* pro προσειλέω, contorqueo, convolvo in faſcem; *h l.* compello, propello. ex πρὸς & εἰλέω, cogo, coarcto: verto.

v. 348.

Ἔγχει ἐπαΐσσων, Haſta impetens.

v. 349.

Πάρεξ ὁδοῦ ἐν νεκύεσσι κλινθήτην· Extra viam inter cadavera declinarunt, *vel* reclinati ſunt. Vid. ad *I. v.* 7.

v. 350.

Παρέδραμεν ἀφραδίῃσιν, prætercurrit præ imprudentia.

v. 351.

Ἀπέην, *Poët.* pro ἀπῆν, aberat: abeſſet.
Ἐπίουρα, τὰ, intervalla, interſtitia. ex ἐπὶ & οὖρος, *Jon.* pro

pro ὅρος, ου, ὁ, terminus, limes, finis alicujus regionis *vel* agri.

v. 352.

Προφερὴς, έος, ὁ, ἡ, præstans. a προφέρω, præsto, antecello.

v. 353.

Ἑλκέμεναι, Ad trahendum.'

Νειοῖο βαθείης, in novali alto. νειὸς, οῦ, ὁ, novale, ager novalis. a νέος, *Jon.* pro νέος, novus.

Πηκτὸς, ἡ, ὀν, compactus, compactilis, coagmentatus. ex πηγνύω, *seu* πήγνυμι, compingo.

Ἄροτρον, ου, τὸ, aratrum. ab ἀρόω, ῶ, aro.

v. 354.

Ἐπεδραμέτην, accurrebant.

v. 355.

Ἀποστρέψοντας, qui *se* revocarent.

v. 356.

Ἴεναι, venire.

Ἕκτορος ὀτρύναντος, Hectore jubente.

v. 357.

Δουρηνεκὲς, hastæ jactum. a δουρηνεκὴς, έος, ὁ, ἡ, tantum intervallum continens, quantum hastæ jactus. ex δόρυ, τὸ, hasta; & ἠνεκὴς, longus.

Ἢ καὶ ἔλασσον, vel etiam minus. ab ἐλάσσων *seu* ττων, minor. *Comparat.* a μικρὸς, *communiter*, sed *propr.* ab ἐλαχὺς, parvus.

v. 358.

Λαιψηρὸς, ρὰ, ρὸν, valde mobilis, perquam agilis, admodum celer, pervelox. ex λα, *partic. augmentat. quæ semper auget in compositione.* & αἰψηρὸς, celer, velox. *quod* ab αἶψα, *adv.* statim, cito. *vox Poëtica.*

v. 359.

v. 359.

Φευγέμεναι, Ut fugeret.
Ὡρμήθησαν, festinarunt.

v. 360.

Ὡς δ' ὅτε καρχαρόδοντε] Adhibet jam egregium illud Poëtarum pigmentum, qui non solent simplici rei narratione contenti esse, sed eam comparationibus, qua in re mirus est ac frequens Poëta noster, illustrant, quibus solet melius ob oculos res gesta proponi. Nunc ergo aptissime canibus comparat Ulyssem & Diomedem, feram fugientem persequentibus: Dolonem vero feræ fugienti, non tamen cuilibet, sed solum timidæ, quales sunt hinnulus & lepus. SPOND.

Καρχαρόδους, οντος, ὁ, ἡ, dentibus asper, acutos habens dentes. a κάρχαρος, ου, ὁ, ἡ, asper, acutus: & ὀδούς, ὁ, dens.
Εἰδότε θήρης, periti venationis.

v. 361.

Κεμάς, άδος, ἡ, dama, hinnulus cervi. 2.) species capræ silvestris.
Λαγωός, οῦ, ὁ, *Att.* λαγώς, ῶ, *Jon.* λαγός, οῦ, lepus.
Ἐπείγετον, urgent. v. ἐπείγω.
Ἐμμενές, *adv.* constanter, indesinenter, perpetuo. ab ἐμμενής, έος, ὁ, ἡ, permanens, & constanter perseverans.

v. 362.

Χῶρον ἀν' ὑλήενθ', Locum per silvosum.
Ὑλήεις, ήεσσα, ῆεν, silvosus, arboribus densus & opacus. ex ὕλη, ης, ἡ, silva.
Μεμηκώς, clamans. v. μηκάομαι, Δ. 435.

v. 364.

Λαοῦ ἀποτμήξαντε, Ab exercitu intercludentes: a suis quum interclusissent; τοῦ Τρωϊκοῦ ὄχλου χωρίσαντες. *Schol.*
v. ἀποτμήσσω, *vel* ἀποτμήγω, abscindo, abrumpo, divido. ex ἀπὸ & τμήσσω, *vel* τμήγω, rumpo.

v. 365.

v. 365.

Ἔμελλε μιγήσεσθαι, esset permixturus se.

Τάχα, imprudens. Virg. *Æn. IX.* 386. quod est scilicet, *casu & fortuito*, *necdum gnarus*, *quo evasisset.* CLARK.

v. 366.

Μένος ἔμβαλ', robur injecit.

v. 368.

Φθαίη ἐπευξάμενος, Prior gloriaretur. Φθάνω significationem suam retinet *occupandi* & *antevertendi*, sic ut reddi possit per adverbium *prius*, vel nomen *prior*. VIG. *Idiot. C. V. S. XIV. R. II.*

Βαλέειν, vulnerasse.

Ὁ δὲ δεύτερος ἔλθῃ, ipse vero secundus veniret.

v. 370.

Μέν', Mane.

Δουρὶ κιχήσομαι, hasta assequar.

v. 372.

Ἑκὼν δ' ἡμάρτανε φωτός. *volens autem aberravit ab homine.*] sc. vivum capere cupiens hominem, sciscitandi causa de castris Trojanorum. ERN. Illa etiam est summa hastam vibrandi peritia, qua aberratur ab eo, quem petis: non quod difficile sit omnino aberrare, sed tunc cum directe aliquem petis, & tamen hastam in eam partem, quam voles, emittis, eum tantum illæsum lambens, ut *hic* Diomedes Dolonem δεξιτερὸν ὑπὲρ ὦμον. Similis sagittandi dexteritas in Domitiano fuit, quæ tanta fuit, ut inter patentes digitos extentæ manus viri procul positi jacula transvolarent; ut est apud *Sextum Aurelium.* Talis fuit in egregio & præstantissimo illo Helvetio, cui nomen *Guilhelmo Tellio*, qui malum supra caput filii, hoc illæso, jaculatus est. SPOND.

v. 374.

Ἐπάγη, fixa est.

v. 375.

v. 375.

Βαμβαίνω, inarticulate loquor, balbutio, confuſum quendam ſonum edo. 2.) h. l. dentibus præ metu crepito.
Ἄραβος, ου, ὁ, ſtrepitus, ſtridor dentium in frigore aut conſternatione.
Γίνετ', fiebat.

v. 376.

Χλωρὸς ὑπαὶ δείους, Pallidus præ timore.[1]
Δεῖος pro δέος, τὸ, timor, metus.
Κιχήτην, aſſecuti ſunt. 3. dual. aor. I. ind. Act. *per Sync.* & *Jon.* pro ἐκιχησάτην, v. κιχέω.

v. 377.

Χειρῶν δ' ἁψάσθην, Manibusque prehenderuut. ἁψάσθην, 3. dual. aor. I. ind. Med. v. ἅπτομαι.

v. 378.

Ζωγρεῖτ', Vivum *me* capite.
Λύσομαι, redimam.
Ἔστι, eſt *mihi.*

v. 380.

Χαρίσαιτο, donabit.

v. 381.

Ζωὸν, vivum *eſſe.*

v. 383.

Καταθύμιος ἔστω, obverſetur animo. καταθύμιος, ου, ὁ, ἡ, *vel* ία, ιον, animo obverſans. ex κατὰ & θυμός.

v. 384.

Κατάλεξον, narra.

v. 388.

Διασκοπιάομαι, ῶμαι, ſpeculor, ex ſpecula obſervo.

v. 389.

'Ανῆκε, impulit.

v. 391.

Πολλῇσιν — ἄτῃσι, Multo — *meo* cum damno, *vel* multis pollicitis noxiis.

Παρὲκ νόον, præter voluntatem. Ἤγαγεν, induxit.

v. 395.

'Ανδρῶν δυσμενέων σχεδὸν ἐλθέμεν, κ. τ. λ. *Ad hostes prope accedere*, &c. *Exploratores* utrinque missi, qui, quæ ab hostibus agerentur, perviderent; ut fit *h. l.* & apud *Virg. Æneid. XI.* 512. & *IX.* 170. Trojanis quoque noctu αὐλοὶ καὶ σύριγγες, *tibiæ fistulæque* in usu: quos audisse dicitur Agamemnon *v.* 13. *hujus Iliad.* FEITH. *L. IV. C. XIII. §. VI.*

v. 401.

'Επιμαίομαι, *cum Genit. h. l.* appeto, cupio.

v. 403.

Δαμήμεναι, domitu.
'Οχέεσθαι, equitatu.

v. 408.

Φυλακαὶ, Excubiæ.
Εὐναὶ, Contubernia: tentoria.

v. 415.

Παρὰ σήματι, ad sepulchrum.
Ἴλου] ὁ δὲ Ἶλος, Τρωὸς παῖς· ἀφ' οὗ Ἴλιος ἐκλήθη. *Schol.*

v. 416.

Εἴρεαι, quæris: percontaris.

v. 417.

Κεκριμένος, η, ον, *h. l.* delectus: certus.
'Ρύομαι, tueor.

v. 418.

v. 418.

Ἐσχάρα, ας, ἡ, focus. *h. l.* πυρὸς ἐσχάραι, ipſæ domus, *ſeu* qui in domibus habitant.

v. 419.

Οἱ δ' ἐγρηγόρθασι, (præt. ind. Med. *Dor.* pro ἐγρηγόρασι, v. γρηγορέω.) Hi utique vigilant.

v. 421.

Ἐπιτραπέουσι, permittunt.

v. 425.

Διείπω, enuncio, expono. ex διὰ & εἴπω, *pro* ἔπω, dico.

Ὄφρα δαείω, ut ſciam. δαείω *pro* δάω, diſco, doceor, intelligo.

v. 430.

Ἔλαχον, obtinent: κλήρῳ ἔλαβον.

v. 432.

Διεξερέομαι, οῦμαι, interrogo, percontor.

v. 433.

Μέμαλον, cupitis.

Καταδῦναι ὅμιλον, penetrare in caſtra.

v. 434.

Νέηλυς, υδος, ὁ, ἡ, qui nuper admodum advenit, novus advena. ex νέος & ἔρχομαι. *quaſi* ὁ νεωςὶ ἐληλυθώς.

Ἔσχατοι ἄλλων, extremi omnium: *qui ont leur quartier le plus réculé.* DAC.

v. 437.

Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.

Candidiores utique ſunt nive, curſu autem ventis pares. Τοῦτο καλεῖται ὑπερβολή. *Schol.* Conf. WOLL. *ad* BLACKW. *Auct. S. Claſſ. p.* 258. P. BOUHOURS *Maniére de bien penſer.*

penser. Dial. I. (in Versione Germanica, 1759. *p.* 26. *seqq.*)

v. 438.

Ἤσκηται, præt. ind. Pass. v. ἀσκέω, exerceo. *h. l.* elaboro, concinno.

Principum ac Heroum currus non solum usui, sed ornamento erant; quippe auro aliisque metallis magnifice insculpti erant, ut legere est de Orsines Persæ curru apud *Curtium*, *Lib. X.* & de pluribus apud *Homerum*, *ex. gr.* de curru Rhesi *h. l.*

Ἅρμα δέ οἱ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ εὖ ἤσκηται.
Currus autem ei auroque & argento scite elaboratus est.

ac Diomedis *Il.* Ψ. *v.* 503.

Ἅρματα τε χρυσῷ πεπυκασμένα κασσιτέρῳ τε,
Currus autem auro accurate elaborati stannoque.

Nec non pretiosis stromatibus ornabantur. Huc facit, quod legitur de Lycaonis curru, *Il. E. v.* 194.

— — ἀμφὶ δὲ πέπλοι
Πέπτανται. — — —
— — *circum vero stragula*
Expansa sunt. — — —

Et Achillea apud *eundem Il. B. v.* 777. vocantur ἅρματα εὖ πεπυκασμένα, *currus bene tecti.* POTT. *Tom. II. p.* 13. 14. FEITH. *L. IV. C. XI.* §. *III.*

v. 439.

Πελώρια, suspicienda.] οὐ κατὰ μέγεθος νῦν, μεγάλα· ἀλλὰ κατὰ τὸ κάλλος, τεράστια. *Schol.*

v. 440.

Ἦλυθ' ἔχων, Venit habens. *h. e.* habuit. Nunquam verbum ἔρχεσθαι cum alio Tempore, quam cum Participio, redundare solet. PALAIR. *ad Matth. XI. v.* 18. Ἦλθε γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων.

Ἔοικεν, convenit.

v. 442.

v. 442.

Πελάσσετον, admovete: adducite ad—

v. 443.

Αὐτόθι, *adv.* hic.

v. 444.

Ὄφρα κεν ἔλθητον, Donec redieritis.
Πειρηθῆτον (2. dual. aor. 1. ind. Paſſ.) ἐμεῖο, experti fueritis de me.

v. 445.

Κατ' αἶσαν, ſecundum veritatem.

v. 447.

Μὴ δή μοι φύξιν] Nequaquam vacat iſtud δή. *Ne, quæſo, mihi effugium &c.* CLARK. *ne te flate pas de la vaine eſperance de nous échaper.* DAC.

v. 448.

Ἐσθλά περ ἀγγείλας, Bona quamvis nunciaſti.] Poſſet videri res iniqua, ut hic Dolon, a quo Græci iſti exploratores Trojanorum ſtatum expiſcati ſunt, id beneficii loco non reponant: imo contrà mortem ei inferant, quaſi injuria aliqua ſint affecti. Sed Diomedes ait, nihil obſtare, quod bona nunciavit, quo minus moriatur; ſiquidem ſi vivus relinquatur, poſſe eum aliàs etiam Græcis nocere. Poteſt etiam hæc fuiſſe ejus mortis cauſa, quanquam illam Poëta non exprimit: quod, ut ait *Demoſthenes*, ὁ προδότης ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων μεμίσηται, οἷς τὰς οἰκείας προδέδωκε, καί τοι ἐσθλὰ τοῖς πολεμίοις ποιήσας. Inde Cæſar proditionem amabat, proditores non item. Ergo recte & prudenter conſultum a Diomede, qui Dolonem ſuos perfide prodentem interficit. SPOND.

v. 449.

Ἀπολύσομεν, pretio accepto liberaverimus.
Μεθῶμεν, dimiſerimus.

v. 450.

Ἔιϑα, *Æol.* pro ἐις, venies. præſ. ab ἔιμι, vado: cujus *præſens* ſæpe pro *futuro* uſurpatur, ut *hîc.*

v. 451.

Διοπ]εύσων, ſpeculaturus. v. διοπ]εύω, inſpicio, curo, cuſtodio. 2.) *h. l.* ſpeculor, exploro. ex διὰ & ὄπ]ομαι, video.

v. 453.

Ἔσσεαι, eris.

v. 454.

Ἔμελλε — λίσσεσϑαι, erat — ſupplex precaturus.
Γενείυ — ἁψάμενος, mento — prehenſo.

v. 455.

Ἔλασσε, percuſſit.

v. 454. 455.

Plinius Hiſt. Natur. Lib. XI. Cap. XLV. inquit, morem fuiſſe antiquis Græcis in ſupplicando *mentum attingere.* Cujus exempla non pauca apud Homerum exſtant, ut *Il. A. v.* 500. de Thetide. Et *h. l.* de Dolone:

— — Ἔμελλε γενείυ χειρὶ παχείῃ
Ἁψάμενος λίσσεσϑαι. — — —
— — *Et is quidem erat mento manu robuſta*
Prehenſo ſupplex precaturus. — —,

FEITH. *L. III. C. XIV.* §. *VI.*

v. 456.

Ἀΐξας, inſurgens.
Ἀπὸ — κέρσε, incidit. *Æol.* pro ἀπέκειρε, aor. 1. ind. v. ἀποκείρω, tondeo, detondeo. 2.) *h. l.* ſcindo, abſcindo, amputo. ex ἀπὸ & κείρω, tondeo: ſcindo.

v. 457.

Φϑεγγομένυ δ' ἄρα — ἐμίχϑη. *Sa tête abbatuë roule ſur*

fur le fable en achevant quelques mots mal articulez.] Voila la recompenſe que méritoit le lâche Dolon, qui pour ſauver ſa vie, venoit de trahir ſon païs, en découvrant aux ennemis tout le ſecret de l'armée, & en leur diſant beaucoup plus qu'ils ne demandoient. Ce malheureux avoit même eu l'imprudence de parler ſans avoir exigé aucun ſerment de Diomede & d'Ulyſſe qu'ils lui ſauveroient la vie, lui qui n'avoit pas voulu s'engager à ſervir ſa patrie, ſans avoir auparavant exigé le ſerment d'Hector, pour s'aſſûrer des recompenſes promiſes. L'Ecriture ſainte rapporte une avanture presque toute ſemblable de David, qui pourſuivant les Amalecites, trouva un traîneur, c'étoit un Egyptien eſclave d'un officier Amalecite. David l'interroge, comme Ulyſſe interroge ici Dolon. Mais l'Egyptien fut plus fin que le Troyen, car avant que de rien dire, il exigea un ſerment de David : *Jura mihi per Deum, quod non occidas me, & non tradas me in manus Domini mei*, &c. 1. Sam. XXX. 15. DAC.

v. 458.

κεφαλῆφιν ἕλοντο, a capite detraxerunt.

v. 459.

Λυκέη, contr. λυκῆ, ῆς, ἡ, pellis lupina. a λύκος, ου, ὁ, lupus.

v. 460.

Ληΐτις, ιδος, ἡ, prædatrix. Epith. *Minervæ.* a ληΐς, ίδος, ἡ, præda.

Victores ſoliti *detracta hoſtibus ſpolia* Diis — appendere. Ita Ulyſſes ablata Doloni arma Minervæ *Ληΐτιδι h. l.* cum ſolenni precatione dicavit. Hector etam vovet, ſe ſuperiorem in certamine, hoſtis arma in templo Apollinis appenſurum. *Il. H. v.* 83. In eundem modum Timoleon arma Carthaginenſibus exuta in templis Corinthiorum conſecravit, auctore in *ejus* Vita *Plutarcho.* Phocæenſes dimidium hoſtilium ſcutorum apud Abas, alte-

rum apud Delphos dedicarunt, ut narrat *Herodotus* in *Urania.* FEITH. *L. I. C. XI. §. IV.*

v. 461.

Ὑψόσε, *adv.* in altum, in sublime. ab ὕψος, τὸ, altitudo.

Ἀνέσχεθε χειρὶ, sustulit manu.

v. 462.

Χαῖρε — τοῖσδεσσιν, gaude — hisce: *Recevez favorablement cette offrande.* DAC. *Jettez sur cette offrande un œil favorable.* BIT.

Τοῖσδε, ab ὅδε; sed per apposit. syllabæ σι, τοῖσδεσι, geminato *Poët.* σ, τοῖσδεσσι, in quo retinetur circumflexus in antepenultima, non ex lege, sed quia particula δέσσι articulo τοῖς quasi enclytica adjungitur.

v. 463.

Ἐπιβωσόμεθα, invocabimus. *contr.* pro ἐπιβοησόμεθα, fut. 1. ind. Med. v. ἐπιβοάω, ῶ, inclamo, invoco, imploro. ex ἐπὶ & βοάω, ῶ, clamo.

Αὖτις, *h. l.* insuper.

v. 464.

Πέμψον ἐπὶ — Deduc *nos* ad —.

v. 465.

Ἀείρας, *ista* — sublata.

v. 466.

Ἀνὰ μυρίκην, super myricam.

Μυρίκη, ης, ἡ, myrica.

Δέελον, *pro* δῆλον, manifestum, conspicuum; perspicuum.

v. 467.

Συμμάρψας] Non *convellens*, sed *confringens.* Confregit leviter arundines, & addidit similiter confractis myricæ frondibus. ERN.

Συμμάρ-

Συμμάρπτω, corripio, comprehendo. ex σὺν & μάρπτω, capio, prehendo.

Δόναξ, ακος, ὁ, arundo concava & crassa.

v. 468.

Μὴ λάθοι ἄψ ἰόντε, Ne lateret *eos* redeuntes.

v. 470.

Ἐπὶ — τέλος ἷξον ἰόντες, ad — ordines pervenerunt euntes.

v. 472.

Χθονὶ κέκλιτο, humi jacebant.

Εὖ κατὰ κόσμον] *Composite.* Quod habent versiones, *decore* & *decenter*, rem non attingit. CLARK.

v. 473.

Τριστοιχεὶ, *adv.* triplici serie, triplici ordine. a τρίστοιχος, ου, ὁ, ἡ, tribus ordinibus constans.

Δίζυξ, υγος, ὁ, ἡ, *idem quod* δίζυγος, ου, bijugis.

v. 475.

Ἐπιδιφριὰς, άδος, ἡ, locus quidam in curru, currus circumferentia ad extremam currus partem, unde religabantur equi jugo soluti. ab ἐπιδίφριος, ου, ὁ, qui sedet *aut* ponitur in curru. quod ex ἐπὶ & δίφρος, currus, sella.

Ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης] Schol. min. ἐπιδιφριάδα faciunt synonymum ἄντυγι, quod placet etiam *Scheffero.* Mihi videtur esse adjectivum, in quo intelligi debeat ἄντυξ. Quid ἄντυξ, supra dictum. ERN.

Δέδεντο, ligati erant. a δεδέμην, plusq. perf. Pass. v. δέω, irregulariter ε pro η. nam Futurum facit δήσω in Act. eodem modo δέδετο, *E.* 387.

v. 477.

Οὗτός τοι, Διόμηδες, Is *vel* Ecce tibi, Diomedes,] In tota hac exploratione Ulyssi has partes dat Poëta, ut

primus omnia animadvertat, & ſtatim conſilium ſuum; quid ſit gerendum, ſuggerat: ſic nimirum conſtat, quod de eo prædicabat antea Diomedes: ἐπεὶ περὶ οἶδε νοῆσαι. Hic ergo primus caſtra Rheſi vidit, ſed equos tantum indicat Diomedi, quia eos tantopere antea Dolon commendaverat. Deinde alterutrum Diomedi proponit, vel equos ſolvere, vel armis in cuſtodias deſævire: quod poſtremum fuit arreptum a Diomede, quia majoris erat virtutis, quam illud: & Homerus in hoc laborat, ut Diomedem fortiorem Ulyſſe, Ulyſſem vero Diomede prudentiorem & cautiorem deſcribat. SPOND.

v. 478.

Νῶϊν, nobis.

v. 479.

Πρόφερε] φανερὸν ποίει. *Schol.*
Τί, omnino.

v. 480.

Μέλεος, έα, εον, vanus, ſtultus, inanis. 2.) infortunatus, infelix. 3.) nihil efficiens. *Hinc* μέλεον, *adv.* incaſſum, otioſe, ſine effectu. μέλλεον] Schol. Lipſ. βραδὺν, μελλητὴν, ἐκλελυμένον τὰ μέλη. ERN.
Λῦ', *pro* λύε, ſolve.

v. 482.

Ἐμπνέω, *Poët.* είω, *fut.* εύσω, inſpiro.

v. 483.

Ἐπιστροφάδην, *adv.* huc illuc ſe convertendo, in utramque partem ſe convertendo. 2.) ſtudioſe. 3.) ſtrenue, fortiter. ab ἐπιστρέφω, converto.
Ἀεικὴς *h. l.* fœdus, durus, aſper.

v. 484.

Ἄορ, ορος, τὸ, enſis.
Ἐρυθαίνω, rubefacio. ἐρυθαίνομαι, rubeo, rubeſco. ab ἔρευθος, τὸ, rubor.

v. 485.

v. 485.

Ἀσήμαντος, ου, ὁ, ἡ, non ſignatus, nullo ſigillo obſignatus. *h. l.* incuſtoditus, rectore carens, cui nemo præeſt. ex α priv. & σημαίνω, ſigno, ſignum do.

v. 486.

Κακὰ φρονέων ἐνορούσῃ, mala machinans irruit.

v. 489.

Πλήξειε, percuſſiſſet, *vel* percuteret.

v. 490.

Ποδὸς ἐξερύσασκε, pede extrahebat. *traîne par les pieds ceux qui ſont tombez ſous les coups de ce Heros, & les détourne du chemin.* DAC. *tire les morts à l'écart.* BIT.

v. 492.

Τρομεοίατο, tremerent. 3. plur. præſ. opt. Med. *Jon.* pro τρομέοιντο, v. τρομέω, tremo.

v. 493.

Νεκροῖς ἀμβαίνοντες, Supra cadavera gradientes.

Ἀηθέσσω, inſuetus ſum, non adſuetus ſum. ab ἀήθης, εος, ὁ, ἡ, inſuetus, inſolens. *quod* ex α priv. & ἦθος, mos.

v. 495.

Τρισκαιδέκατος, άτη, ατον, decimus tertius.

v. 496.

Κακὸν γὰρ ὄναρ] Toutes les circonſtances de cette action, la nuit, Rheſus plongé dans un profond ſommeil, & Diomede l'épée à la main panché ſur la tête de ce Prince, & lui donnant la mort, ont fourni à Homere l'idée de cette image, qui repreſente Rheſus mourant tout endormi, & comme voiant en ſonge Diomede lui enfoncer l'épée dans le ſein. Cette image eſt très-naturelle, car un homme en cet état ne s'éveille qu'au-

qu'autant qu'il faut pour voir confusément ce qui l'environne, & pour croire que c'est un songe & non pas une réalité. DAC. Κακὸς ὄνειρος ὁ Διομήδης ἐπέστη αὐτῷ. ὅτι νυκτὸς καθεύδοντα αὐτὸν ἀνεῖλεν. *Schol.*

v. 497.

Τὴν νύκτ', Illa nocte.
'Οινείδαο παῖς] ὁ Διομήδης, 'Οινέως ἔκγονος· Τυδεὺς γὰρ, 'Οινέως ἦν υἱός. *Schol.*

v. 498.

Τέφρα *hic* interea.

v. 499.

Σὺν — ἤειρεν, colligavit. *pro* συν — ἦρε, *pleonasmo* τῦ ε. v. συνείρω, connecto, confero. ex σὺν & εἴρω, necto.
'Εξήλαυνεν ὁμίλυ, eduxit e turba. ἐξελαύνω, expello, abigo. 2.) equo erumpo.

v. 501.

Νοήσατο, cogitarat.

v. 502.

'Ροιζέω, ῶ, strido, stridorem edo: sibilo, sibilo innuo. a ῥοῖζος, υ, ὁ, stridor, sibilus: impetus.

v. 503.

'Ο, τι κύντερον ἔρδοι, quid audacius patraret.

v. 505.

'Ρυμῦ ἐξερύοι, Temone extraheret.
'Εκφέροι, exportaret.

v. 506.

'Απὸ θυμὸν ἕλοιτο, animam eriperet.

v. 507.

'Αθήνη] *Cogitatum* scilicet, sive *consilium prudentius.* CLARK.

v. 509.

v. 509.

Νόϛου δὴ μνῆσαι,] Nequaquam vacat iſtud δή. *Reditus jam, quæſo, memineris.* CLARK.

v. 510.

Πεφοβημένος, fugatus.

v. 513.

Κόπτω, ſcindo, ſeco. *h. l.* cædo, percutio, ferio; verbero.

v. 514.

'Επέτοντο. volabant. ἔτρεχον· καθ' ὑπερβολήν. *Schol.* v. πέτομαι, volo: rapido curſu feror.

v. 515.

'Αλαοσκοπία, ας, ἡ, *Jon.* ἀλαοσκοπίη, ης, cæca ſpeculatio. ex ἀλαὸς, ου, ὁ, ἡ, non videns, cæcus; *vel* ex ἀλάομαι, ῶμαι, vagor, erro: incertus ſum; & σκοπέω, ſpeculor.

'Ουδ' ἀλαοσκοπίην εἶχ', *L'inſigne faveur, que Minerve venoit de faire à Diomede, — n'échapa pas à Apollon qui veilloit pour Troie;* DAC. *Diomede — n'échapoit pas aux regards du Dieu de la lumiere.* BIT.

'Απόλλων] Παρουσία ἡλίου. *Euſtath. Lux inimica propinquans.* CLARK.

v. 516.

'Ως ἴδ', *Simul autem* ut vidit.

Μετὰ — ἕπουσαν, comitantem: ſequentem.

v. 517.

Τῇ κοτέων, Ei iraſcens.

Κατεδύσατο, ingreſſus eſt.

Πουλὺν ὅμιλον, ingentem exercitum.

Τῇ κοτέων Τρώων] La préſence de Minerve, qui ſoutient Diomede, reveille la jalouſie d'Apollon. Homere donne ainſi aux Dieux les paſſions des hommes. Du reſte on voit aſſez pourquoi le Poëte feint qu'Apollon vient

vient réveiller les Troyens. C'eſt que le jour vient chaſſer les ténébres. DAC.

v. 518.

Ὦρσεν δὲ Θρῃκῶν] Accidit, quod Minerva metuebat, ut aliquis Deorum Trojanis favens factum iſtud detegeret, ac eos excitaret. Non excitavit tamen Trojanos, ſed, quod fuit longe commodius, in Thracum exercitu Hippocoontem, qui non fuit e vulgo militum, ſed ipſius Rheſi conſanguineus, quem magis erat affectura iſta clades: ideo ſtatim ac excitatus eſt, in lacrymas erupit, ad quem ejulatum & planctum, ut conjicio, accurrerunt Trojani, non quod ab ipſo Apolline fuiſſent excitati, ut Hippocoon. Quod autem hæc viſa ab Apolline dicuntur, per Apollinem nihil aliud volunt intelligi, quam Solem, qui ſtatim poſtea eſt exortus: nam illa pene ſub auroram gerebantur. SPOND.

v. 519.

Ἀνεψιὸς, ȣ̃, ὁ, conſobrinus, ſobrinus, adfinis, frater patruelis.

Ἀνορȣ́ω, exſurgo, proſilio, exilio. ex ἀνὰ & ὀρȣ́ω, impetum do.

v. 520.

Χῶρον ἐρῆμον, locum vacuum.

v. 521.

Ἐν ἀργαλέῃσι φονῇσιν, in ſævis cædibus, inter fœdas ſtrages, in fœdo ſtragis loco.

v. 523.

Κυδοιμὸς, ȣ̃, ὁ, turba, tumultus.

v. 524.

Μέρμερα ἔργα, ardua facinora: *cet horrible carnage.*

v. 526.

v. 526.

Ἔκταν, occiderant. *per Sync.* pro ἔκτησαν, a κτῆμι, occido. *Vel* a κτείνω, aor. 2. ἔκτανον, *per Apoc. Poët.* ἔκταν.

v. 528.

Θορὼν, desiliens. aor. 2. partic. v. θόρω, salio.

v. 531.

Τῇ, illac *ire.*

v. 532.

Κτύπος, ου, ὁ, fragor: strepitus, sonitus.
Ἀίω, audio.

v. 534.

Ἔτυμος, ου, ὁ, ἡ, verus.

Ψεύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω;] *Je ne sai si je me trompe, mais il me semble, qu'un bruit &c.* DAC.

Κέλεται δέ με θυμός.] Hic locus eleganter exprimit subitos cogitationum in varias partes impetus. Nam cum Nestor rem dubiam sibi, & non penitus exploratam esset dicturus, potuit aliquantulum vocem suspendisse: demum vero sensit, impelli se ab animo, ad id eloquendum. Cujusmodi interna (ut ita dicam) certamina quivis identidem potest experiri. Sunt autem quidam animi motus, maxime in iis, qui prudentia pollent, quo magis subiti, eo etiam minus suspecti, quos si quis amplectatur, errare vix potest. SPOND.

v. 535.

Οὖας, ατος, τὸ, auris. ab οὖς, ωτὸς, τὸ, *idem.*
Βάλλει, ferit.

v. 536.

Αἲ γὰρ δὴ — Utinam sane —

v. 537.

Ἐλασαίατο — ἵππους,] Versio *Wetsteniana*, in plerisque elegans, pessime hoc in loco, — *equos Agerent.* Quæ &

& alia res eſt, & ſententiam prorſus enecat. Hoc enim ait Neſtor: *Utinam ſonitus, quem audio, ſit Ulyſſis & Diomedis, qui huc jam equos agant.* CLARK. Nempe verus uſus temporum etiam in lingua latina vulgo ignoratur, ſequentibus prope omnibus vitioſam rationem linguarum vernacularum ſeu vivarum, quæ ſunt in hac parte vitioſæ. ERN.

Ἄφαρ, *adv.* ſtatim, continuo, protinus: facile.
Ἐκ *hic* a.

v. 538.

Πάθωσιν, paſſi ſint *humanitus.*

v. 542.

Veteres hoſpites primum adventantes *manibus prehenſabant.* Ita Pylii exceperunt Telemachum ac Minervam, *Odyſſ. III. v.* 34. *ſq.*

— ὡς οὖν ξείνους ἴδον, ἀθρόοι ἦλθον ἅπαντες,
Χερσίν τ' ἠσπάζοντο. — — —
— *quamprimum hoſpites viderunt, certatim venerunt omnes,*
Manibusque amplectebantur.

Similiter Autolyci filii Ulyſſem, *Odyſſ. XIX. v.* 415.

Χερσίν τ' ἠσπάζοντο, ἔπεσσί τε μειλιχίοισι.
Manibusque complectebantur, ſuavibusque verbis.

Apud *Virgilium* etiam Pallas Æneam

Accepitque manu, dextramque amplexus inhæſit.

Æneid. Lib. VIII. v. 124. Nempe dextra potiſſimum huic uſui inſerviebat: ut ipſemet Homerus *h. l.* notat:

Δεξιῇ ἠσπάζοντο, ἔπεσσί τε μειλιχίοισι.
Dextris ſalutabant, verbisque blandis.

Majorum, ait *Servius* ad *Æneid. I. v.* 412. *hæc erat ſalutatio: cujus rei* τὸ αἴτιον, id eſt, *cauſam* Varro, Callimachum *ſecutus, expoſuit; aſſerens, omnem eorum honorem dexterarum conſtitiſſe virtute, ob quam rem hac ſe venerabantur corporis*

corporis parte. Omnino vero quotiescunque se invicem alloquebantur, dexteram prehendere erat moris; uti Menelaum affaturus Agamemnon

Δεξιτερῆς ἕλε χειρὸς, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν,
Dextram prehendit manum, verbaque fecit & compellavit.

Eoque pertinet ille toties repetitus versus:

Ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε.
Inque ejus hæsit manu, verbaque fecit & compellavit.

Quem *Eustathius* ait esse φιλικὸν, *amicitiæ convenientem*, ac notare τὸ δεξιοῦσθαι, *dextram porrigere. Il. II. v.* 341. FEITH. *L. III. C. XIII.* §. *I.* add. POTT. *Tom. II. p.* 311.

v. 545.

Ὅππως — λάβετον, quomodo — ceperitis.

v. 546.

Σφᾶς, illos.
Ἀντιβολήσας, obvius. Vid. ad *H. v.* 114.

v. 547.

Αἰνῶς ἀκτίνεσσιν] Cum Nestor equorum candorem solaribus radiis assimilat, elegantius facere videtur quam Dolon, qui eos nive candidiores appellabat, quod est ἀδύνατον. Hinc vero satis colligi puto, quam recte Φοῖβος ἀργυρότοξος dicatur: radii siquidem Solis candidi sunt & argentei coloris, propter splendorem. SPOND.
Αἰνῶς *h. l.* perquam, valde.
Ἀκτὶν, ῖνος, ἡ, radius solis.
Ἐοικότες, similes *sunt.*

v. 550.

Ἐνόησα, animadverti.

v. 551.

Ἀντιάσαντα, obvium factum. *v.* 546. ἀντιβολήσας.

v. 556.

Ἠέ περ, quam *sunt*.

v. 557.

Δωρήσαιτ', donaverit.
Ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί εἰσιν, quoniam multo potentiores sunt *Dii.*] Πολὺ φέρτεροι Θεοί εἰσιν *Eustath.* *Barnesius* ex MS. edidit, πολὺ φέρτερός ἐστιν. Alii ad *equos* hoc referunt: Minus apte. CLARK.

v. 559.

Τὸν δέ σφιν ἄνακτ' — nempe ipsorum regem —

v. 560.

Δυοκαίδεκα πάντας ἀρίστους] *Non pauciores quam duodecim.* Quod Latini dicunt, *duodecim ipsos.* CLARK.

v. 561.

Ἕλομεν, interfecimus.

v. 562.

Τόν ῥα, Quem scilicet.
Διοπτὴρ, ῆρος, *h. l.* explorator. a διόπτομαι, perspicio.

v. 563.

Ἔκτωρ τε — καὶ ἄλλοι Τρῶες ἀγαυοί.] *Scholiastes* ad hunc locum, quem & secuta est & laudavit *Domina Dacier*; νῦν, inquit, ἐν εἰρωνείας μέρει κεῖται. οὐ γὰρ ἐπαινεῖν πρέπει τοὺς πολεμίους. Inepte admodum; ut mihi quidem videtur. Non enim jam contemptui habebat Trojanos Ulysses. CLARK.

v. 564.

Τάφροιο διήλασε, fossam transcendere fecit.

v. 568.

Ἱππεῖος, εία, ειον, equester, equinus. ab ἵππος.

"Οθι περ Διομήδεος ἵπποι.] Si quid unquam in Homero attentione fuit dignum, hoc maxime attendi postulo. Nam præda & spolia hostium inter se ita partiuntur spontanee Heroës, ut non solum observationem, sed etiam admirationem hæc narratio mereatur. Ecce enim Ulysses hos equos statim in Diomedis stabulum deducit, cum in iis tamen abigendis solus dicatur laborasse; deducit, inquam, per se satis judicans, deberi eos plane Diomedi, propter exhaustum in illa Thracum internecione laborem. Ergo etiam præstantissimam ei prædam sponte concedit; ipse vero, ne sit omnino ἄμοιρος, exuvias Dolonis accipit, quas Minervæ devovet. SPOND.

v. 569.

RICC. *Diss. Hom. Tom. III. p. 263. sq. De equis frumentum edentibus.* Quidam Homero indignabatur, quod equos fecerit frumentum edentes, μελιηδέα πυρὸν ἔδοντες. Sicut enim apud nos frumenti alimonia equis apta non est, imo etiam noxia; id ipsum pariter ubique gentium rebatur contingere. Verum id non esse multis in locis, ac maxime in Oriente, absurdum, exemplum confirmat decem filiorum Jacobi, qui ex Ægypto redeuntes saccos in via aperuerunt, ut frumentum jumentis suis in cibum præberent. (*Gen. XLII.* 27.) Quare illud a me sæpius dictum redit denuo inculcandum, multa antiqua ac peregrina oportere nosse illum, qui Homerum antiquissimum & Græcum Scriptorem velit intelligere.

v. 571.

"Οφρ' ἱερὸν ἑτοιμασσαίατ', dum sacrum parare possent: *pendant qu'on prépare un sacrifice* — DAC.

v. 572.

Ἱδρώς, ῶτος, ὁ, sudor. inter Poët. in Dat. & Accus. ἱδρῶ, *per Apocop.* pro ἱδρῶτι, ἱδρῶτα, *ut hic.* ab ἶδος, εος, τὸ, *idem.* quasi ὕδος, ab ὕδωρ, *mutato spiritu cum prima littera.*

Ἀπονίζω, abluo, abstergo. ex ἀπὸ & νίζω, lavo.

v. 573.

Ἐσβάντες, Ingressi. *pro* εἰσβάντες. aor. 2. part. v. εἰσβαίνω, ingredior.

Κνήμη, ης, ἡ, tibia, crus.

Λόφος, ου, ὁ, *h. l.* collum *seu* cervix *hominis*.

Μηρὸς, οῦ, ὁ, femur, femen.

v. 572. 573.

Solebant Heroës *aqua marina* se abluere, uti Diomedes ac Ulysses *h. l.* Nimirum quia admodum καθαρτική, *purificans* hæc aqua, & nervis utilissima; ut asserit *Athenaeus Lib. I.* Κόποι μὲν θαλάττῃ λύοντες, ἣ μάλιστα τοῖς νεύροις ἐστὶ προσφορος. *Maris aqua nervis quam utilissima defatigatis membris auxiliantur.* Qua de causa Romani quoque balnea marina impense expetebant. FEITH. *L. III. C. IX.* §. *II.* POTT. *Tom. II. p.* 308. *sq.* add. PITISCI *Lex. Antiq. Rom. Tom. I.* Tit. *Balneum.* Scriptores, qui *de balneis & thermis Veterum* commentati sunt, recenset FABRICIUS in *Bibliogr. Antiq. Cap. XXII.* §. *XIV.*

v. 575.

Ἀνέψυχθεν, recreati sunt. aor. 1. ind. Pass. *Bæot.* pro ἀνεψύχθησαν, v. ἀναψύχω, refrigero: refocillo, recreo: ex ἀνὰ & ψύχω, frigefacio, refrigero.

(κατὰ) φίλον ἦτορ, suo corde.

v. 576.

Ἀσάμινθος, ου, ὁ, pelvis, folium, labrum, in quo Veteres se lavabant, balneis nondum repertis.

Ἐΰξεστος, ου, ὁ, ἡ, bene rasus, politus. ex εὖ & ξέω, scalpo, polio.

Sæpius tamen *domi* soliti *in calidis lavacris* versari. Unde & Diomedes ac Ulysses, postquam mari se abluissent,

Ἔς ῥ' ἀσαμίνθους βάντες ἐΰξέστας λούσαντο.
In solia balneatoria ingressi bene polita lavabant.

Sic Nestor vult ab Hecameda calefieri θερμὰ λοετρὰ, *calida lavacra. Il. XIV. v. 6.* Andromache etiam Hectori, a pugna

a pugna reduci, aquam lebete calefieri procurat. *Il. XXII. v.* 444. Et Phæacibus unice placere dicuntur, *Odyss. VIII. v.* 249.

Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐναί.
Vestesque mutatoriæ, lavacraque calida, & cubilia.

Ita *Pindarus, Olymp. Od. XII.* Ἐπωδ. α. *v.* 9. (Edit. Glasg. 1744. Tom. I. p. 93.)

θερμὰ Νυμφᾶν λουτρὰ —
Calida Nympharum lavacra —

Et *Nem. Od. IV.* στροφ. α. *v.* 6. (Tom. II. p. 265.)

Οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον
γε μαλθακὰ τεύχει
γυῖα.
Neque calida aqua tantum
mollia facit
membra.

FEITH. *L. III. C. IX.* §. *III.* Conf. etiam ROSINI *Antiq. Rom. p.* 58. *sqq.* Et *Paralip. p.* 62. *sqq. De inventione, usu, ornatu Thermarum, & lavandi ritu.*

V. 577.

Λοεσσάμενοι, aor. 1. part. Med. *Poët.* pro λουσάμενοι, *quasi* a λοέω, *pro* λούω, lavo.

Λοῦσαντο, lavarunt se. Λοεσσάμενοι, quum se lavissent. Ἀλειψάμενοι, quum se unxissent. Vid. *Comment. de Verbis Gr. Mediis. p.* 244. *sq.*

Λίπα, *pro* λιπαρὸς, *seu* λιπαρὸν, pinguis: *indeclin.*

Frequentissimæ erant apud Græcos *corporis lavationes ac unctiones; quibus non tam sordes abluerent, quam voluptatem aliquam sibi compararent.* Utrumque *finem* Veteres spectasse testatur *Eustathius*, quum ait: introductum esse βαλανεῖον, ut esset ῥύπου μὲν ἀποθετικὸν, ἀναψυχῆς δέ τινος αἴτιον. Quamobrem perpetuum fere est apud *Homerum*, ut qui a prælio redeunt, aut alioqui e longinquo itinere

 in

in ædes alicujus divertuntur, laventur ac ungantur; indeque ad epulas lautiores concedant. Exemplo Diomedis ac Ulyssis, qui ab exploratione redeuntes,

— λοεσσαμένω καὶ ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ,
Δείπνῳ ἐφιζανέτην·

— cum laverant & unxerant se pingui oleo,
Jentaculo adsidebant.

Similiter Telemachus ac Pisistratus in ædes Menelai adventantes ab ancilla loti & uncti, ad epulandum invitantur. *Odyss. IV. v.* 49. Unde *Athenæus Lib. IV.* ex *Homero* censet, δεῖν θεραπεύσαντα τὸ σωμάτιον καὶ λουσάμενον ἰέναι πρὸς τὸ δεῖπνον, *curato lotoque corpore ad cœnam eundum esse.* Idem factum, quotiescunque remota tristitia jucunditati se cupiebant dare; uti Penelope *Odyss. XVIII. v.* 171. *sq.* quam missis lacrumis se lavare ac faciem inungere jubet Eurynome. Atque hoc etiam fuisse in moribus Romanorum, infinitis constat testimoniis; qui nonnisi probe loti ac uncti genio indulgebant. FEITH. *L. III. C. IX.* §. *I.* POTT. *Tom. II. p.* 310. *sq.*

v. 578.

Δείπνῳ ἐφιζανέτην, Ad cœnam adsidebant. *vel* jentaculo adsidebant.

Sedentes apud Homerum *convivantur*: εὐωχοῦνται δὲ παρ' Ὁμήρῳ καθήμενοι, ait *Athenæus. Lib. I.* Sic *h. l.* Ulysses ac Diomedes δείπνῳ ἐφιζανέτην. & *Il. XXIV. v.* 515. Achilles adveniente Priamo adsidebat mensæ, atque ἐκ θρόνου ὦρτο, *e sede surrexit.* FEITH. *L. III. C. V.* §. *I.*

v. 579.

Unguenta vino permixta antiquos bibere consuevisse, docet *Plinius* (*L. III. C.* 18.) atque *Athenæus* (*L. XIII. C. II.*) Hinc illud *Juvenalis*, (*Sat.* 3.)

Quum perfusa mero spumant unguenta Falerno.

Nunc

Nunc vero nos tales potiones, quamvis beatioribus usitatas, propter insuetudinem non minus, quam Homericum cyceonem, aversamur. *Praeterea* observandum, vinum dulce valde arrisisse Græcis. Unde Homerus passim nominat *μελιηδέα οἶνον*, *mellitum vinum*. Quæ autem ad commiscendum cyceonem concurrebant, caseus, farina, mel, dulcia omnia; cæpas ipsas, quæ illi potui adjungi solebant, non acris, sed dulcis saporis esse in Græcia, maximeque in insulis Ægei maris, nec odore, quo nostræ, ingrato affici, luculentus *in suis itineribus Sponius* est apud *Calmetium*. (*Num. c.* 11.) Non igitur fastidiendus Homerus est, aut reprobandus propter ea, quæ a moribus nostris dissident, dum gentibus illis probata essent, usuque recepta. Quemadmodum enim genus aliquod cibi, sive potionis, aliis populis acceptum, nobis est insuave; sic e contrario quod nobis allubet, & voluptuosum est, aliorum palatum, usu non accedente, sæpe fastidit. Neque tamen æquum esse dixerimus, si quis propterea nos arguat & condemnet, quod iis utamur, quæ palato suo jucunde non sapiant. RICC. *Diss. Hom. Tom. I. p.* 182.

FINIS
TOMI SECUNDI.



